ait. Uiuit dominus et vi
uit anima tua: nō dimit
tam te Surrexit ergo ⁊ ſe
cutus eſt eam. Jezi autē
preceſſerat ante eos: ⁊ po-
ſuerat baculū ſup faciem
pueri: et nō erat ei vox ne-
qꝫ ſenſus. Reuerſuſqꝫ ē ie-
ſi in occurſum eius: et nū
ciauit ei dicēs. Non ſurre
xit puer. Jngreſſus eſt er
go helizeus domū: et ecce
puer mortuus iacebat in
lectulo eius Jngreſſuſqꝫ
clauſit oſtiū ſuper ſe ⁊ ſu-
per puerū: ⁊ orauit ad do
minū. Et aſcendit ⁊ incu-
buit ſup puerū: poſuitqꝫ
os ſuū ſup os eius: ⁊ ocu
los ſuos ſup oculos eiꝰ: ⁊
manꝰ ſuas ſup manꝰ eiꝰ.
Et icuruauit ſe ſup puer
et calefacta eſt caro pueri
Et ille reuerſus deambu
lauit in domo ſemel huc
atqꝫ illuc. Et aſcēdit ⁊ in-
cubuit ſup eū. ⁊ oſcitauit
puer ſepties. apuitqꝫ ocu

los ſuos. At ille vocauit
iezi: et dixit ei. Voca ſuna
mitem hanc. Que voca-
ta ingreſſa eſt ad eũ. qui
ait. Tolle filiũ tuũ Venit
illa ⁊ corruit ad pedes eiꝰ
et adorauit ſuper terram
Tulitqꝫ filiũ ſuũ: ⁊ egreſ-
ſa eſt Heliſeus vero reuer
ſus eſt in galgala. Gra.
Reſpice dñe in teſtamentũ tu
um: et aĩas pauperũ tuorũ ne
obliuiſcaris in finẽ. ℣ Exur-
ge dñe et iudica cauſã tuã me-
mor eſto opprobrii ſeruorũ tu
orũ. Sine Tractu Scdm
In illo tẽpo Lucã.
re Ibat iheſus in ci
uitatẽ que vocat̃ naym: ⁊
ibant cũ illo diſcipuli eiꝰ
et turba copioſa. Cũ aũt
appropinquaret porte ci
uitatis: ecce defũctus effe
rebat̃ filius unicus ma-
tris ſue Et hec vidua erat
et turba ciuitatis multa
cum illa. Quã cum vidiſ
ſet dñs: miſericordia mo
tus ſup eam dixit illi No
li flere Et acceſſit ⁊ tetigit
loculũ. Hi aũt qui porta
bant ſteterũt Et ait Ado
leſcens tibi dico ſurge Et
reſedit qui erat mortuus
et cepit loqui. Et dedit il-
lũ matri ſue. Accepit aũt
omnes timor: ⁊ magnifi
cabãt deũ dicẽtes. Quia
ꝓpheta magnus ſurrexit
in nobis: et quia deus vi
ſitauit plebem ſuã. Sine
Domine ad Offer. Credo.
adiuuandum me feſtina: con-
fundantur oẽs aduerſum me
qui cogitant ſeruo tuo mala.
Purifica nos mi Secre.
ſericors deꝰ. ut eccleſie tue
ꝓces q̃ tibi grate ſunt pia
munera deferẽtes: fiãt ex-
piatis mẽtibꝰ gratiores.
Pd̃. Prefa. Qui cor. Com
Dñe memorabor iuſticie tue
ſolius deꝰ docuiſti me a iuuen-
tute mea ⁊ uſqꝫ in ſenectã et ſe-
nium deus ne derelinquas me.
Celeſtia dona Compl.
capiẽtibus q̃ſumus dñe
non ad iudiciũ proueni-
re patiaris: qd̃ fidelibus
tuis ad remedium ꝓui
diſti. Pd̃. Sup populũ
Oremus Inclinãte ca. ve. deo

Populi tui deus inſtitu
tor ⁊ rector peccata q̄bus
impugnatur expelle: ut ſem
per tibi placitus: ⁊ tuo mu-
nimine ſit ſecurus. Per do.
Bñdicamus do. Feria .vi. In.

Meditatio cordis mei in cõ
ſpectu tuo ſemper dñe ad-
iutor meus et redemptor meus.
ps. Celi enarrãt gloriã dei et
opera manuũ eius annunciat
firmamẽtũ. Gl'a pri. Sine
Gl'a in ex. Dicitur ad plm.
Dñs vo. Oremus Flec. ge. Le.

Deus qui ineffabili-
bus mũdũ renouas
ſacramentis. p̄ſta q̄ſumus
ut eccleſia tua: ⁊ eternis ꝓ
ficiat inſtitutis: ⁊ tẽpora
libus non deſtituatur auxi
liis. Per dñm. Alie colt. ad
placitũ. Lcõ libri Regũ

In diebus illis. Egrota-
uit filius mulieris matriſ-
familias. ⁊ erat languor
fortiſſimus ita ut non re
maneret in eo alitus. Di
xit ergo ad heliam Quid
michi et tibi vir dei? In-
greſſus es ad me ut reme
morarentur iniq̄tates mee
et interficeres filiũ meũ?
Et ait ad eam helias Da
michi filiũ tuũ. Tulitq;
eum de ſinu illius: ⁊ por-
tauit in cenaculũ ubi ipſe
manebat. et poſuit ſuper
lectũ ſuũ: et clamauit ad
dñm ⁊ dixit. Dñe deus me-
us: etiam ne viduã apud
quã ego utcũq; ſuſtentor
afflixiſti ut interficeres fi
liũ eius? Et expandit ſe:
atq; menſus eſt ſup pue-
rum tribus vicibus: cla-
mauitq; ad dominũ ⁊ ait
Dñe deus meus: reuerta
tur oro anima pueri hu-
ius in viſcera eius. Et ex-
audiuit dñs vocẽ helie: et
reuerſa ẽ anima pueri in-
tra eum ⁊ reuixit. Tulitq;
helias puerũ: et depoſuit
eum de cenaculo in inferi
orẽ domũ: ⁊ tradidit ma
tri ſue: et ait illi. En viuit
filius tuus. Dixitq; mu-
lier ad heliã. Nũc in iſto
cognoui quoniã vir dei
es tu: et verbũ domini in
ore tuo verum eſt Grad.
Bonũ eſt confidere in dño q̃

confidere in hoīe. ꝟ. Bonū eſt
ſperare in dn̄o ꝙ̄ ſperare in
principibus. Trac. Dn̄e nō
ſcd̄m. ut ſ. die ciner. Scd̄m
In illo tp̄e. Erat Johēm
quidā languens lazarꝰ a
bethania: de caſtello ma-
rie ⁊ marthe ſororis eius
Maria autē erat q̄ unxit
dn̄m ungento. et exterſit
pedes eius capillis ſuis:
cuius frater lazarus īfir
mabat᷑. Miſerūt ergo ſo-
rores eius ad eū dicentes
Dn̄e ecce quē amas infir
mat᷑. Audiēs aūt iheſus:
dixit eis. Infirmitas hec
nō eſt ad mortē: ſed ꝑ glo
ria dei: ut glorificet᷑ filiꝰ
dei ꝑ eam. Diligebat aūt
iħs marthā: et ſororē eiꝰ
mariā: et lazarū. Ut ergo
audiuit qꝛ īfirmabatur:
tūc q̄dē māſit ī eodē loco
duobus diebus. Deinde
poſt hec dicit diſcipulis
ſuis. Eamus in iudeā ite
rum. Dicunt ei diſcipuli
Rabbi: nūc querebāt te la
pidare iudei: ⁊ iterum va
dis illuc? Reſpondit iħs
Nōne duodecim ſunt ho
re diei? Si quis ambula
uerit in die non offendit:
qꝛ lucē huius mūdi videt
Si autē ambulauerit in
nocte offendit: qꝛ lux non
eſt ī eo. Hec ait: ⁊ poſt hec
dicit eis. Lazarus amicꝰ
noſter dormit: ſed vado
ut a ſomno excitem eum.
Dixerunt ergo diſcipuli
eius. Dn̄e: ſi dormit ſal-
uus erit. Dixerat aūt iħs
de morte eius. Illi autē
putauerūt: qꝛ de dormiti
one ſomni diceret. Tūc er
go dixit eis iheſus mani
feſte. Lazarus mortuus
eſt. Et gaudeo ꝓpter vos
ut credatis: quoniam nō
eram ibi. Sed eamus ad
eum. Dixit ergo thomas
qui dicit᷑ dydimꝰ ad con-
diſcipulos. Eamꝰ et nos
ut moriamur cū eo. Ve-
nit itaqꝫ iħs et inuenit eū
quatuor dies iam in mo
numēto habētē. Erat au
tem bethania iuxta hiero
ſolimā: q̄ſi ſtadijs quin-
decim. Multi aūt ex iude-

is venerant ad marthā ⁊
mariā:ut cōſolarent̄ eas
de fratre ſuo. Martha er-
go ut audiuit q̄ ih̄s ve-
nit: occurrit illi. Maria
aūt domi ſedebat. Dixit
ergo martha ad iheſum.
Dn̄e ſi fuiſſes hic frater
meus nō fuiſſet mortu⁹.
Sed ⁊ nunc ſcio: q̄ quecū
q̄ȝ popoſceris a deo da-
bit tibi de⁹. Dicit illi ih̄s.
Reſurget frater tu⁹ Dicit
ei martha. Scio quia re-
ſurget i reſurrectiōe in no
uiſſimo die. Dicit ei ihe-
ſus Ego ſum reſurrectio
et vita. Qui credit in me:
etiā ſi mortuus fuerit vi
uet. Et oīs qui viuit ⁊ cre
dit in me: nō morietur in
eternū. Credis hoc? Ait
illi. Utiq̄ȝ dn̄e. Ego credi
di q̄ tu es xp̄s filius dei:
qui in hūc mūdū veniſti.
Et cū hec dixiſſet: abijt et
vocauit mariā ſororē ſu
am ſilentio dicēs. Magi
ſter adeſt: ⁊ vocat te. Illa
ut audiuit: ſurrexit cito: ⁊
venit ad eum. Nondū eñi

venerat iheſus in caſtellū
ſȝ erat adhuc in illo loco
ubi occurrerat ei martha
Iudei igit̄ qui erāt cū ea
in domo ⁊ ꝯſolabant̄ eā
cū vidiſſent mariā: quia
cito ſurrexit et exijt. ſecuti
ſunt eā dicētes. Quia va-
dit ad monumētū ut plo
ret ibi. Maria ergo cū ve
niſſet ubi erat iheſus: vi-
dens eū cecidit ad pedes
eius: ⁊ dixit ei. Dn̄e ſi fuiſ
ſes hic: nō eſſet mortuus
frater me⁹ Ih̄s ergo ut vi
dit eā plorātē ⁊ iudeos q̄
venerāt cum ea plorātes
fremuit ſpiritu et turba-
uit ſemetipſū: ⁊ dixit Ubi
poſuiſtis eum? Dicūt ei.
Dn̄e veni et vide. Et la-
chrimatus eſt iheſus. Di
xerūt ergo iudei Ecce quo
modo amabat eū. Qui-
dā aūt ex ipſis dixerūt Nō
poterat hic q̄ aperuit ocu
los ceci nati facere: ut hic
nō moreretur? Ih̄s ergo
rurſū fremēs i ſemetipſo
venit ad monumentum
Erat aūt ſpelūca: ⁊ lapis

ſuppoſitus erat ei Ait ihe
ſus Tollite lapidē. Dicit
ei martha ſoror eius qui
mortuus fuerat. Dñe iā
fetet: quadriduanus eſt
eſt. Dicit ei iħs. Nōne di-
xi tibi: quoniā ſi credide-
ris videbis gloriam dei.
Tulerūt ergo lapidē Jhe
ſus aūt eleuatis ſurſum
oculis: dixit. Pater gra-
tias ago tibi: quoniā au
diſti me. Ego autē ſciebā
q: ſemp me audis. ſed ꝓ-
pter ꝑplm qui circūſtat di
xi: vt credant q: tu me mi
ſiſti. Hec cū dixiſſet voce
magna clamauit. Laza-
re veni foras Et ſtatim ꝓ
diit qui fuerat mortuus.
ligatus pedes et manus
inſtitis. ꝛ facies illius ſu
dario erat ligata. Dicit
eis iheſus. Soluite eū: et
ſinite abire. Multi ergo
ex iudeis qui venerāt ad
mariā: ꝛ viderant que fe-
cit: crediderūt in eum. Si
ne Credo Offertoriū.
Populū humilē ſaluū facies
dñe: et oculos ſupborū humili
abis: qm̄ q̄s de⁹ preter te dñe.
Munera nos Secreta.
dñe q̄s oblata purificēt:
et te nobis iugiter faciāt
eſſe placatū. P̸ do. Prefa.
Qui corporali Cōmunio
Videns dñs flētes ſorores la-
zari ad monumētū lachrima-
tus eſt corā iudeis ꝛ clamabat
lazare veni foras: ꝛ prodiit li-
gatis manib⁹ et pedib⁹ qui fu
erat quadriduanus. Cōpl.
Hec nos q̄s dñe partici-
patio ſacramēti: ꝛ a ꝓpri-
is reatib⁹ indeſinenter ex
pediat: et ab oībus tueaf
aduerſis. P̸ do. Sup po
pulū. Oremus Inclinate ca.
Da q̄s oīpotens de⁹: vt q̄
infirmitatis noſtre ꝯſcij
de tua virtute ꝯfidimus
ſub tua ſemp pietate gau
deamus. P̸ do. Benedica⁹
dño. Sabbato Intro.
Sicientes venite ad aquas
dicit dominus: et qui nō
habetis precium venite bibite
cum leticia. pš Attendite po
pule meus legem meam: incli
nate aurem veſtram in verba
oris mei. Gloria pri. Sine

Gl'a in excelſis. Dicit᷑ ad po
pulū Dn̄s vobiſcū. Oremus
Flectamus ge. Le. Colꝉ.

Fiat dn̄e q̄ſumus p
gratiam tuā fructu
oſus noſtre devotiōis af
fectus. quia tūc nobis p-
derūt ſuſcepta ieiunia. ſi
tue ſint placita pietati. P
dn̄m Alie colꝉ. ad placi-
tum Lectio Eſaie p̄phe.

Hec dicit dn̄s de᷒. Tē
pore placito exaudi-
ui te: ꝛ in die ſalutis auxi
liatus ſum tui. Et ſerua-
ui te: et dedi te in fedus po
puli ut ſuſcitares terram
et poſſideres hereditates
diſſipatas. et diceres his
qui vincti ſūt exite: et his
qui in tenebris ſunt reue
lamini. Super vias pa-
ſcentur: et in om̄ibus pla
nis paſcue eorū. Non eſu
rient neq̄ ſitiēt: et nō per-
cutiet eos eſtus et ſol. q̄
miſerator eorū reget eos
et ad fontes aquarū po-
tabit eos. Et ponam om
nes montes meos in viā
et ſemite mee exaltabūtur

Ecce iſti de longe venient:
et ecce illi ab aq̄lone ꝛ ma
ri. et iſti de terra auſtrali.
Laudate celi ꝛ exulta ter-
ra. iubilate montes lau-
dem. quia conſolatus eſt
dominus populum ſuū
et pauperū ſuorum miſe
rebitur. Et dixit ſion. De
reliquit me dn̄s: et domi-
nus oblitus eſt mei. Nū-
quid obliuiſci poteſt mu
lier infantē ſuū ut nō mi
ſereat᷑ filio uteri ſui. Et ſi
illa oblita fuerit ego ta-
men non obliuiſcar tui.
Dicit dn̄s omnipotens.
Tibi dn̄e dere Graduale.
lictus eſt paup̄ pupillo tu eris
adiutor. ℣ Ut quid dn̄e receſ
ſiſti longe deſpicis in oportu-
nitatibus in tribulatiōe: dum
ſuperbit impius incendit᷑ pau
per. Sine Tractu Scd̄m

In illo tp̄e Di Johannē
cebat iheſus turbis iude
orum. Ego ſum lux mū-
di. Qui ſequitur me non
ambulabit ī tenebris: ſ;
habebit lumen vite Dixe
runt ergo ei phariſei. Tu

de teipſo teſtimoniũ per-
hibes: teſtimoniũ tuũ nõ
eſt verũ. Reſpõdit iheſus
et dixit eis. Et ſi ego teſti
monium perhibeo de me
ipſo: verũ eſt teſtimoniũ
meũ. quia ſcio unde veni
et quo vado Vos aũt ne-
ſcitis unde veniam aut q̃
vadã Vos ſcdm carnem
iudicatis: ego nõ iudico
quẽq̃: Et ſi iudico ego: iu
diciũ meũ verũ eſt: q2 ſo-
lus nõ ſum: ſed ego ⁊ qui
miſit me pater Et in lege
veſtra ſcriptũ eſt: q2 duo-
rum hominũ teſtimoni-
um verũ ẽ. Ego ſum qui
teſtimoniũ ꝑhibeo de me
ipſo: ⁊ teſtimoniũ perhi-
bet de me q̃ miſit me pa-
ter. Dicebãt ergo ei. Ubi
eſt pater tuus? Reſpõdit
iheſus. Neq3 me ſcitis: ne
q3 patrẽ meũ. Si me ſcire
tis: forſitan et patrẽ meũ
ſciretis. Hec verba locut⁹
eſt ihs i gazophilatio do
cens in templo. Et nemo
apprehẽdit eũ. q2 nõdũ ve
nerat hora ei⁹ Sine Cre.

Factus eſt dñs firma Off.
mentũ meũ et refugiũ meũ ⁊ li
berator meus ſperabo in eum
Oblatiõibus q̃s Secre.
domĩe placare ſuſceptis:
et ad te noſtras etiã rebel
les ↄpelle ꝓpicius volun
tates. P d. Prefatio. Qui
corporali. Hic ultimo dz.
Dñs regit me ⁊ nihil Com.
michi deerit in loco paſcue ibi
me collocauit ſup aquã refec-
tionis educauit me Compl.
Tua nos q̃ſumus dñe
ſancta purificẽt: ⁊ opera-
tione ſua perficiãt eſſe de
uotos. P do Sup ꝑlm.
Oremus Inclinate ca. ve. deo
Deus qui ſperãtibus in
te miſereri poti⁹ eligis q̃
iraſci: da nobis digne fle
re mala q̃ fecimus: ut tue
ↄſolatiõis gratiã inueni
re valeamus. P do. Bñdi
camus dño. Dñica in paſ
Iudica ſione Introitus.
me deus ⁊ diſcerne cauſam me
am de gente nõ ſancta ab ho-
mine iniquo ⁊ doloſo eripe me
quia tu es deus meus et forti-
tudo mea. ps Emitte lucem

tuā ⁊ veritatē tuam ipſa me de
duxerūt ⁊ adduxerūt in montē
ſanctū tuū. Nō dꝛ Glā pri.
uſqꝫ ī paſcha. niſi de ſan-
ctis ſeruet̄. ſed repetit̄ in-
troit⁹. Judica et dꝛ kyrī. ⁊c
Sine Glā in excel. Dicitur
etiā ad pplm. Dn̄s vobiſcū.
Ore⁹. Sine flec. ge. Coll.
Q Ueſum⁹ ops de⁹ fa-
miliā tuā ꝓpicius re
ſpice: ut te largiēte regat̄
in corpore: ⁊ te ſeruāte cu
ſtodiat̄ in mēte. P d. Hec
ſola Ad Hebreos.
F Rēs. Chriſt⁹ aſſiſtēs
pōtifex futuroꝝ bonorū
pamplius ⁊ pfecti⁹ taber
naculū nō manufactum
id eſt nō hui⁹ creatiōis ne
qꝫ p ſāguinē hircorū aut
vituloꝝ. ſꝫ p ꝓpriū ſāgui-
nē introiuit ſemel ī ſācta
eterna redēptiōe inuenta
Si enim ſanguis hircoꝝ
aut tauroꝝ: ⁊ cinis vitu-
le aſperſus: inqnatos ſā-
ctificat ad emundationē
carnis. quātomagis ſan
guis chriſti qui per ſpiri
tum ſanctū ſemetipſū ob
tulit imaculatū deo: emū
dabit ꝯſcientiā noſtram
ab operibus mortis: ad
ſeruiendū deo viuēti. Et
ideo noui teſtamenti me
diator eſt: ut morte inter-
cedente in redemptionem
earū preuaricationū: que
erant ſub priori teſtamē
to repromiſſionem acci-
piāt: qui vocati ſunt eter-
ne heredicatis. in chriſto
iheſu dn̄o noſtro Grad.
E ripe me domine de inimi-
cis meis: doce me facere volū-
tatem tuam ℣ Liberator me
us domine de gentibus iracū-
dis ab inſurgentib⁹ in me exal
tabis me: a viro iniquo eripi-
es me Tractus.
S epe expugnauerūt me a iu-
uentute mea ℣ Dicat nūc iſra
el ſepe expugnauerūt me a iu-
uentute mea ℣ Etenī nō po-
tuerūt mihi: ſupra dorſū meū
fabricauerunt peccatores. ℣.
Prolongauerūt iniquitatē ſi
bi: dn̄s iuſtus cōcidet ceruices
peccatorū Scdm Johēm
I N illo tēpe. Dicebat ihe-
ſus turbis iudeoꝝ ⁊ prin

cipibus ſacerdotũ Quis
ex vobꝫ arguet me de pec-
cato? Si veritatē dico: q̄
re vos nō creditis mihi?
Qui eſt ex deo: verba dei
audit Propterea vos nō
auditis: q꞉ ex deo nō eſtis
Reſpōderūt igit̄ iudei: et
dixerūt ei. Nōne bene di-
cimus nos q꞉ ſamarita-
nus es tu: ⁊ demoniū ha-
bes? Reſpōdit ihs ego de
moniū nō habeo: ſed ho-
norifico patrē meū ⁊ vos
īhonoraſtis me. Ego au
tem non q̄ro gloriā meā
eſt q̄ q̄rat ⁊ iudicet Amen
amē dico vobis Si quis
ſermonē meū ſeruauerit:
mortē nō videbit in eter-
nū. Dixerunt ergo iudei.
Nūc cognouimus q꞉ de-
moniū habes. Abraam
mortuus eſt ⁊ ꝓphete: ⁊ tu
dicis ſi quis ſermonē me
um ſeruauerit: mortē nō
guſtabit ineternū? Nun
q̄d tu maior es patre no-
ſtro abraam qui mortu
us eſt? Et ꝓphete mortui
ſunt. Quē teipſum facis?

Reſpōdit iheſus. Si ego
glorifico meipſū: gloria
mea nichil eſt. Eſt pater
meꝰ qui glorificat me quē
vos dicitis: q꞉ deus no-
ſter eſt: et nō cognouiſtis
eū. Ego aūt noui eū Et ſi
dixero q꞉ non ſcio eū: ero
ſil̄is vobis mēdax. Sed
ſcio eū: ⁊ ſermonē eius ſer
uo Abraam pater veſter
exultauit ut videret diem
meū: ⁊ vidit ⁊ gauiſus eſt
Dixerūt ergo iudei ad eū
Quinq̄ginta annos nō-
dum habes: ⁊ abraam vi
diſti? Dixit eis ihs. Amē
amen dico vobis: anteq̄
abraā fieret ego ſum. Tu
lerūt ergo lapides ut ia-
cerent in eū. Iheſus autē
abſcōdit ſe: et exiuit de tē-
plo. Credo dicit̄ Offer.
Cōfitebor tibi dn̄e ī toto cor
de meo retribue ſeruo tuo ut vi
uā ⁊ cuſtodiā ſermōes tuos: vi
uifica me ſcd̄m verbū tuū dn̄e.
Hec munera dn̄e Secre.
q̄s ⁊ vincula nr̄e prauita
tis abſoluāt: ⁊ tue nobis
miſericordie dona ꝯcili-

ent. Ps dñm. Prefatio.
Qui salutē humani generis.
Que dicit usq; ad cenam
dñi inclusiue Com.
Hoc corpus qd pro vobis tra
det hic calix noui testamēti est
i meo sanguine dicit dñs: hoc
facite quotienscūq; sumitis in
meā cōmemorationē. Sine
Inclinate ca. Complen.
Adesto nobis dñe deus
noster: et quos tuis miste
riis recreasti: ppetuis de
fende psidiis. P d. Bñdica
mus dño Feria. ij. Intro.
Miserere mihi dñe qm cō
culcauit me hō tota die
bellans tribulauit me ps Cō
culcauerunt me inimici mei to
ta die: qm multi bellantes ad
uersum me. Miserere. Sine
Gl'a pri. Dicit kyriel. xc. et
sine Gl'a in ex. Dicit Dñs
vo. Ore. Flec. ge. Le. Coll.
Sanctifica qs dñe no
stra ieiunia. et cūctaꝶ
nobis ppicius indulgen
tiā largire culparū. P d.
Alie collecte ad placitū.
In die Lcō Jone ꝑphete.
bus illis Factū est verbū
dñi ad ionam pphetā se
cūdo dicens. Surge et va
de i niniuen ciuitatē ma
gnam: et predica in ea p
dicationē quam ego lo
quor ad te. Et surrexit io
nas: et abiit in niniuē iux
ta verbum dñi Et niniue
erat ciuitas magna: iti
nere dierum trium. Et ce
pit ionas introire in ciui
tatem itinere diei vnius:
et clamauit et dixit. Ad
huc quadraginta dies et
niniue subuertet. Et cre
diderūt viri niniuitei do
mino. et predicauerunt ie
iuniū. et vestiti sūt saccis
a maiore usq; ad minorē
Et peruenit verbū ad re
gē niniue. Et surrexit de
solio suo: et abiecit vesti
mentū suū a se. et indutus
est sacco: et sedit in cinere:
et clamauit et dixit. in ni
niue ex ore regis et princi
pū eius dicēs. Hoies et iu
menta: et boues: et pecora:
nō gustēt qcq nec pascan
tur: et aquā nō bibant Et
operiant saccis hoies: et

iumenta clamēt ad dñm
in fortitudine: et ꝯuertat
vir de via ſua mala. ⁊ ab
iniquitate que eſt in ma-
nibus eorū. Quis ſcit ſi
ꝯuertat ⁊ ignoſcat deus.
⁊ reuertat a furore ire ſue
et nō peribim⁹. Et vidit
deus opera eoꝝ. qꝛ ꝯuer-
ſi ſunt de via ſua mala: et
miſertus eſt populo ſuo
dñs deus noſter Grad.
Deus exaudi oratiōem meā:
auribus ꝑcipe verba oris mei
℣ Deus in noīe tuo ſaluū me
fac et in virtute tua iudica me.
Tractus Dñe nō ſcdm: vt
ſ. die cineꝝ. Non dr̄ ſcdm
eccl'iam colonieñ. Scdm
In illo tpe. Miſe- Johā.
rūt principes et phariſei
miniſtros: vt apprehēde-
rent iheſum: Dixit ergo
ihs. Adhuc modicū tēp⁹
vobiſcū ſum: et vado ad
eū qui miſit me Queretis
me: ⁊ nō īuenietis. Et vbi
ſum ego vos nō poteſtis
venire. Dixerunt ergo iu
dei ad ſemetipſos. Quo
hic iturus eſt: qꝛ nō inue-
niemus eum. Nunquid
in diſperſionem gētium
iturus ē ⁊ docturus gen-
tes. Quis eſt hic ſermo
quem dixit. queretis me:
et non inuenietis. et vbi
ſū ego vos nō poteſtis ve
nire. In nouiſſimo au-
tem die magno feſtiuita
tis: ſtabat iheſus et cla-
mabat dicēs. Si quis ſi-
tit: veniat ad me et bibat.
Qui credit in me ſicut di
cit ſcriptura: flumina de
ventre eius fluēt aque vi-
ue. Hoc aūt dixit de ſpiri
tu quē accepturi erāt: cre-
dentes in eū. Sine Credo.
Dñe conuertere ⁊ eripe Off.
aīam meā ſaluū me fac ꝓpter
miſericordiā tuā. Secreta.
Concede nobis dñe de⁹
noſter: vt hec hoſtia ſalu
taris ⁊ noſtrorū fiat pur
gatio delictorū: et tue ꝓ-
piciatio maieſtatis. Per
do. Prefa. Qui ſa. Coiīt.
Dominus virtutū ipſe eſt rex
glorie Complenda.
Sacramenti tui qs dñe
participatio ſalutaris: ⁊

purificationē nobis pre-
beat ⁊ medelā. P̄ d̄. Sup
p̄p̄lm. Oremꝰ Inclinate ca.
Da q̄ſumus dn̄e populo
tuo ſalutē mētis ⁊ corpo
ris: ut bonis operibꝰ in-
herendo: tua ſemꝑ mere-
atur ꝓtectōe defendi P̄ d̄.
Bn̄dicamꝰ dn̄o Feria. iij.
Expecta dn̄m Intro.
viriliter age et cōfortet
cor tuū ⁊ ſuſtine dn̄m ps̄ Dn̄s
illuminatio mea et ſalus mea
quem timebo. Sine Gl̄a pr̄i
Expecta. kyriel. ⁊c or. Sine
Gl̄a i excel. Dicit̄ etiā Dn̄s
vo. Oreꝰ Flec. ge. Le. Coll.
Noſtra tibi q̄ſumus
dn̄e ſint accepta ieiu
nia: que nos et expiando
gratia tua dignos effici
ant: et ad remedia perdu
cant eterna. P̄ do. Alie
collecte ad placitū Lcō
In diebꝰ Danielis ꝓphe.
illis. Cōgregati ſunt ba
bilonij ad regē: ⁊ dixerūt
ei. Trade nobis danielē:
qui bel deſtruxit ⁊ draco
nem interfecit. Alioquin
interficiemus te et domū

tuam. Vidit ergo rex q̄ ir
ruerēt in eū vehemēter: et
neceſſitate ꝯpulſus tradi
dit eis danielē. Qui miſe
rūt eū i lacū leonū: et erat
ibi ſex diebus. Porro i la
cu erāt leones ſeptē. ⁊ da-
bāt̄ eis quotidie duo cor
pora ⁊ due oues. Et tunc
nō data ſunt eis: ut deuo
rarent danielē. Erat aba
chuc ꝓpheta i iudea: ⁊ ipſe
coxerat pulmentū ⁊ intri
uerat panes i alueolo: et
ibat in campum ut ferret
meſſoribꝰ. Dixitq; ange-
lus dn̄i ad abachuc. Fer
prādiū qd̄ habes in babi
lonē danieli: q̄ eſt in lacu
leonū. Et dixit abachuc
Dn̄e babilonē nō vidi: et
lacū neſcio. Et apprehen-
dit eū angelꝰ dn̄i i vertice
eiꝰ: et portauit eū capillo
capitis ſui. poſuitq; eum
in babilonē ſuꝑ lacū i i-
petu ſpiritꝰ. Et clamauit
abachuc dicens. Daniel
ſerue dei: tolle prādiū qd̄
miſit tibi deus Et ait da
niel Recordatus enim es

mei dñe deus meus. ꝛ nõ
dereliquiſti diligentes te
Surgenſqȝ daniel come
dit. Porro ãgelus dñi re
ſtituit abachuc ꝯfeſtim ĩ
locũ ſuũ. Venit ergo rex
die ſeptima vt lugeret da
nielẽ Et venit in lacũ ꝛ in
troſpexit: et ecce daniel ſe-
dens in medio leonũ. Et
clamauit rex voce mag-
na dicens Magnꝰ es dñe
deꝰ danielis. Et extraxit
eum de lacu. Illos aũt q̃
ꝑditionis eius cauſa fue
rant. intromiſit in lacũ: ꝛ
deuorati ſunt in momen
to corã eo Tũc rex ait Pa
ueãt habitãtes in vniuer
ſa terra deũ danielis: qꝛ
ipſe eſt liberator ꝛ ſalua-
tor faciens ſigna ꝛ mira-
bilia ĩ celo ꝛ in terra. Qui
liberauit danielẽ de lacu
leonum. Graduale.
Diſcerne cauſam meã dñe ab
hoĩe iniquo ꝛ doloſo eripe me.
℣ Emitte lucẽ tuã et veritatẽ
tuã ipſa me deduxerũt ꝛ addu
xerũt ĩ mõtẽ ſãctũ tuũ Sine
Tractu Scdm Johãnẽ.

In illo tpe. Ambulabat
iheſus in galileã. Nõ eñi
volebat in iudeã ambu-
lare: qꝛ querebãt eũ iudei
interficere Erat aũt in ꝓ-
ximo dies feſtus iudeoꝝ
ſcenopheia. Dixerũt aũt
ad eũ fratres eius. Trãſi
hinc ꝛ vade in iudeã: vt et
diſcipuli tui videãt opa
tua q̃ facis. Nemo quip-
pe in occulto aliquid fa-
cit: et querit ipſe in palam
eſſe. Si hec facis: manife
ſtas teipſũ mũdo. Neqȝ
eñi fratres eius credebãt
in eũ. Dixit ergo eis ihs.
Tẽpus meũ nõdũ adue-
nit. tẽpus aũt veſtrũ ſem
per eſt paratũ. Nõ poteſt
mundꝰ odiſſe vos. me au
tem odit: qꝛ ego teſtimo-
niũ ꝑhibeo de illo. qꝛ ope
ra eius mala ſunt. Vos
aſcẽdite ad diẽ feſtũ hunc
ego autem nõ aſcendam
ad diem feſtũ iſtũ. quia
tempus meũ nõdum im
pletum eſt. Hec cũ dixiſſȝ
ipſe mãſit in galilea. Vt
autẽ aſcenderunt fratres

eius:tūc et ipſe aſcēdit ad
diē feſtū nō manifeſte:ſed
q̄ſi in occulto. Judei er-
go q̄rebant eū in die feſto
et dicebāt Ubi eſt ille? Et
murmur mult' de eo erat
in turba. Quidā eīm dice
bant q2 bonus ē: alij aūt
dicebāt nō. ſz ſeducit tur-
bas. Nemo tamē palā lo
quebat' de illo: ꝑpter me-
tum iudeoꝝ. Sine Credo
Sperēt i te oēs qui no Off.
uerūt nomē tuū dñe qm̄ nō de
relinquis querētes te: pſallite
dño qui habitat i ſion qm̄ nō
eſt oblitus orationē pauperū
Hoſtias tibi dñe Secre.
deferimus īmolādas. q̄
tēporalē ꝯſolationē ſig-
nificēt: ut ꝓmiſſa nō de-
ſperemus eterna. P do.
Prefa. Qui ſalutē. Com.
Redime me de' iſrael ab om
nibus anguſtiis meis Cōpl.
Da q̄s om̄s deus: ut que
diuina ſūt iugiter exequē
tes. donis mereamur ce-
leſtibus ꝓpinquare. Per
dñm Super populum.
Oremus Inclinate ca. ve. deo

Da nobis q̄s dñe ꝑſeue-
rantē in tua volūtate fa-
mulatū: ut i diebus nr̄is
et merito et numero ꝑpl's
tibi ſeruiens augeat'. P d
Bñdicam' dño Feria. iiij.
Liberator me' de gētib'
iracūdis ab inſurgētib'
in me exaltabis me: a viro ini-
quo eripies me dñe. ps Dili-
gā te dñe virt' mea dñs firma
mentū meū et refugiū meum.
Sine Gl'a pr̄i. Dicit' Libe
rator. kyriel'. et ſine Gl'a i ex.
Dicit' Dñs vo. Ore. Flec. ge'
Sanctificato Coll.
hoc ieiunio deus tu-
orum corda fideliū miſe
rator illuſtra: et quibus
deuotionis preſtas affec
tū: prebe ſupplicantibus
pium benignus auditū.
P dñm. Alie collecte ad
placitū. Lectio libri Le
In diebus illis Lo uitici
cutus eſt domin' ad moy
ſen dicens. Ego ſum do-
minus deus veſter. Non
facietis furtum. nō men-
tiemini: nec decipiat vnus
quiſq3 proximū ſuū. Nō

periurabis in noīe meo:
nec pollues nomē dei tui
Ego dn̄s Nō facies calū
niam ꝓximo tuo: nec vi
opprimes eū. Non mora
bit opus mercēnarij tui
apud te vſq; mane. Non
maledices ſurdo. nec co-
ram ceco pones offēdicu
lum. ſed timebis dn̄m de
um tuū: q2 ego ſum dn̄s.
Non facies qđ iniquū eſt
nec iniuſte iudicabis Nō
cōſideres pſonā paupis
nec honores vultū poten
tis. Juſte iudica ꝓximo
tuo. Nō eris criminator
et ſuſurro ī populis. Nō
ſtabis ꝯtra ſanguinē ꝓ-
ximi tui. Ego dn̄s. Non
oderis fratrē tuū ī corde
tuo: ſed publice argue eū
ne habeas ſup illo pctm̄.
Nō q̄ras ultionē: nec me
mor eris iniurie ciuiū tu
orū. Diliges amicū tuū
ſicut teipſū. Ego dn̄s Le
ges meas cuſtodite Ego
em̄ ſū dn̄s de9 veſter Gra.
Exaltabo te dn̄e qm̄ ſuſcepi-
ſti me: nec delectaſti inimicos
meos ſup me ℣ Dn̄e deus me
us clamaui ad te et ſanaſti me
dn̄e: abſtraxiſti ab inferis ani
mā meā: ſaluaſti me a deſcēdē
tibus in lacū Trat. Dn̄e nō
ſcd̄m. ut ſup̄ die cinerum.
IN il- Scd̄m Johannē.
lo tempore Facta ſunt en
cenia in hieroſolimis: et
hyems erat. Et ambula-
bat iheſus in templo: in
porticu ſalemonis. Cir-
cūdederunt ergo eū iudei
⁊ dixerūt ei Quouſq; ani
mam noſtrā tollis? Si
tu es chriſtus: dic nobis
palam. Reſpōdit eis ihe-
ſus. Loquor vobis: ⁊ nō
creditis. Opera que ego
facio in noīe patris mei
hec teſtimonium perhi-
bent de me. Sed vos nō
creditis: quia nō eſtis ex
ouibus meis. Oues mee
vocem meam audiunt: ⁊
ego ꝯgnoſco eas: ⁊ ſequū
tur me. Et ego vitam eter
nam do eis: et non peri-
būt in eternū: et nō rapiet
eas quiſq̄ de manu mea.
Pater meus quod dedit

michi maius oībus eſt. ⁊
nemo poteſt rape de ma-
nu patris mei. Ego ⁊ pa
ter unū ſumus. Suſtule
rūt lapides iudei: ut lapi
darēt eum Reſpondit eis
iheſus. Multa opera bo
na oſtēdi vobis ex patre
meo: ꝓpter qđ eorū opus
me lapidatis? Reſpōde-
rūt ei iudei De bono ope
re nō lapidamus te: ſꝫ de
blaſphemia. Et q: tu ho-
mo cum ſis: facis teipſū
deū. Reſpōdit eis iheſus.
Nonne ſcriptū eſt in lege
veſtra: quia ego dixi dij
eſtis? Si illos dixit deos
ad quos ſermo dei fact⁹
eſt. ⁊ nō poteſt ſolui ſcrip
tura quē pater ſanctifica
uit ⁊ miſit in mūdū. vos
dicitis q: blaſphemas q:
dixi fili⁹ dei ſum? Si nō
facio opa patris mei: no
lite credere michi Si autē
facio: ⁊ ſi michi non vul-
tis credere: operibus cre-
dite Ut cognoſcatis ⁊ cre
datis: q: in me eſt pater ⁊
ego in patre. Sine Credo

Eripe me de inimi- Off.
cis meis deus meus: et ab in-
ſurgentib⁹ in me libera me dñe
Annue miſeri Secreta.
cors de⁹: ut hoſtias pla-
catiōis et laudis ſincero
tibi deferam⁹ obſequio.
P do. Pꝛefa. Qui ſalutem.
Lauabo inter inno Com.
centes manus meas et circū-
dabo altare tuū dñe ut audiā
vocem laudis tue ⁊ enarrē uni
verſa mirabilia tua. Cōpl.
Celeſtis doni benedicti-
one percepta: ſupplices te
deus omnipotens depre
camur: ut idē hoc nobis
et ſacramenti cauſa ſit et
ſalutis. P d. Sup ꝑplm
Oremus Inclinate ca. ve. deo
Adeſto ſupplicatiōibus
noſtris oīpotens deus: ⁊
quibus fiduciā ſperande
pietatis indulges: cōſue
te miſericordie tribue be
nignus effectum. P dnm
Bndicamus dño Feria. v.
OMnia que feciſti nobis
domine in vero iudicio
feciſti: quia peccauimus tibi ⁊
mandatis tuis nō obediuim⁹

ſed da gloriã nomini tuo:⁊ fac
nobiſcũ ſcđm multitudinẽ mi-
ſericordie tue. pš Beati ima
culati in via:qui ambulãt in le
ge dñi. Sine Glã pri. Di.
cit Omnia. kyriel'. xi. et ſine
Glã in excel. Dicit Dñs vo.
Oremus. Flec.ge. Le. Col.
Preſta q̃s oĩpotẽs de
us:ut dignitas ↄdi-
tionis humane p̱ ĩmode
rantiã ſauciata: medici-
nalis p̱ſimonie ſtudio re
formetur. P do. Alie col
lecte ad placitũ Lcõ Da
In diebus il nielis p̱phe.
lis. Orauit daniel dicẽs
Domine de' ne deſpicias
populum tuũ: neq; aufe
ras miſericordiã tuam a
nobis:propter abraã di-
lectum tuũ:⁊ yſaac ſeruũ
tuũ:⁊ iſrael ſanctum tuũ
quibus locutus es polli
cens q̄ multiplicares ſe-
men eorũ ſicut ſtellas ce-
li:et ſicut arenã que eſt in
littore maris. Quia do-
mine iminuti ſum' pl' q̄
omnes gentes: ſumuſq;
humiles in uniuerſa ter-
ra hodie p̱pter peccata no
ſtra. Et nõ eſt in tempore
hoc princeps et p̱pheta et
dux:neq; holocauſtũ:ne-
q; ſacrificium. neq; obla
tio:neq; incẽſum:neq; lo
cus primiciarũ coram te
ut poſſimus inuenire mi
ſericordiã: ſed in animo
ↄtrito ⁊ ſpiritu humilita
tis ſuſcipiamur. Sicut ĩ
holocauſto arietũ ⁊ tau-
roꝝ:⁊ ſicut in milib' ag-
norũ pinguiũ. ſic fiat ſa
crificiũ noſtrũ in ↄſpectu
tuo hodie:ut placeat tibi
q̃m nõ eſt ↄfuſio ↄfidẽti-
bus ĩ te. Et nũc ſeq̃mur ĩ
toto corde:⁊ timem' te et
q̃rim' faciẽ tuã. Ne ↄfun
das nos. ſed fac nobiſcũ
iuxta mãſuetudinẽ tuã ⁊
ſcđm multitudinẽ miſeri
cordie tue Et erue nos in
mirabilib' tuis:⁊ da glo
riã noĩ tuo dñe Et ↄfun-
dãt oẽs q̃ oſtẽdũt ſeruis
tuis mala Cõfũdãt in oĩ
potẽtia ſua ⁊ robur eorũ
ↄteratur. Et ſciant quia
tu es domin' de' ſolus et

glorioſus ſup oēm terrā
Dn̄e deus noſter Grad.
Tollite hoſtias et introite in
atria eius: adorate dn̄m in au
la ſancta ei⁹. ℣ Reuelauit do
minus cōdenſa: et i tēplo eius
oēs dicēt gloriā. Sine Trac.
In illo tp̄e Scd̄m Lucā.
Rogabat iheſum quidā
phariſeus: ut manduca-
ret cū illo. Et igreſſus do
mum phariſei: diſcubuit
Et ecce mulier que erat in
ciuitate peccatrix: ut cog
nouit q accubuit in do-
mo phariſei: attulit ala-
baſtrū ungēti. et ſtans re
tro ſec⁹ pedes dn̄i: lachri-
mis cepit rigare pedes ei⁹
et capillis capitis ſui ter
gebat. ⁊ oſculabat᷑ pedes
eius: ⁊ unguēto ungebat
Uidens aūt phariſeus q̄
uocauerat eū: ait intra ſe
dicens. Hic ſi eſſet ꝓpheta
ſciret utiqꝫ que ⁊ q̄lis eſſet
mulier que tāgit eum. q:
peccatrix eſt Et reſpōdēs
ih̄s dixit ad illū. Simon
habeo tibi aliquid dicere
At ille ait. Magiſter dic.

Duo debitores erāt cui-
dam feneratori: unus de
bebat denarios quingē-
tos: ⁊ alius quinquagin
ta: Non habētibus illis
unde redderent: donauit
utriſqꝫ. Quis ergo eū pl⁹
diligit? Et reſpōdens ſi-
mon dixit. Eſtimo q: is
cui plus donauit. At ille
dixit ei Recte iudicaſti Et
ꝯuerſus ad mulierē dixit
ſimoni. Uides hāc muli
erē? Intraui i domū tuā
aquam pedib⁹ meis non
dediſti. Hec āt lachrimis
rigauit pedes meos: ⁊ ca
pillis ſuis terſit. Oſculū
mihi non dediſti. hec aūt
ex quo intraui: non ceſſa
uit oſculari pedes meos.
Oleo caput meū nō unxi
ſti: hec autē ungēto unxit
pedes meos. Propter qd̄
dico tibi. Remittuntur ei
peccata multa: quoniam
dilexit multū Cui aūt mi
nus dimittit᷑: minus di-
ligit. Dixit aūt ad illam
iheſus. Remittuntur tibi
peccata Et ceperūt quidā

qui ſimul diſcūbebāt di‑
cere intra ſe. Quis eſt hic
qui etiam peccata dimit‑
tit? Dixit aūt ad mulierē
Fides tua te ſaluam fecit
vade in pace. Sine Credo
Sup flumina babilo‑ Off.
nis illic ſedimus ⁊ fleuimus dū
recordaremur tui ſion Secre
Dñe deꝰ noſter qui in his
creaturis: quas ad fragi
litatis noſtre ſubſidiū cō
didiſti. tuo quoqꝫ nomi‑
ni munera iuſſiſti dican‑
da ꝯſtitui: tribue q̄s ut et
vite nobis p̄ſentis auxi‑
liū: ⁊ eternitatis efficiant
ſacramentū. P d. Prefa.
Qui ſalutem Cōmunio
Memēto verbi tui ſeruo tuo
dñe in quo michi ſpem dediſti
hec me conſolata eſt in humili
tate mea Complenda.
Quod ore ſumpſimꝰ do
mine pura mēte capiamꝰ
⁊ de munere tpali fiat no
bis remediū ſempiternū
P dñm. Sup populum.
Oremus Inclinate ca. ve. deo
Eſto q̄ſumꝰ dñe ꝓpicius
plebi tue: ut que tibi non
placent reſpuēs: tuoꝝ po
tius repleaꝛ delectationi
bus mandatoꝝ. P dñm
Bñdicamꝰ dño Feria. vi.
Miſerere mihi dñe qm̄ tri
bulor: libera me ⁊ eripe
me de manibꝰ inimicorū meo
rū et a perſequentibus me dñe
nō cōfundar qm̄ inuocaui te.
ps̄ In te dñe ſperaui nō con‑
fundar in eternū: i iuſticia tua
libera me. Sine Glia patri
Diciꝛ Miſerere. kyriel. ⁊c. et
ſine Glia i excel. Diciꝛ Dñs
vo. Oremus. Flec. ge. Leuate
Cordibus no Coll.
ſtris q̄ſumꝰ dñe gra
tiam tuā benignus īfun
de: ut peccata noſtra caſti
gatione volūtaria cohi‑
bētes tēporaliter potius
maceremur: q̄ ſupplicijs
deputemur eternis. Alie
coll. ad placitū Lcō Hie
In diebus il‑ remie. ꝓphe.
lis. dixit hieremias. Dñe
oēs qui te derelinquūt
cōfundenꝛ. Recedētes a te
in terra ſcribenꝛ: qm̄ dere
liquerūt venā aquarū vi
uentium dñm Sana me

dñe et ſanabor. ſaluũ me
fac ⁊ ſaluus ero: qm̃ laus
mea tu es. Ecce ipſi dicũt
ad me: ubi eſt verbũ dñi?
Veniat. et ego non ſũ tur
batus te paſtorẽ ſequens
et diẽ hoĩs nõ cõſideraui
Tu ſcis qđ egreſſũ ẽ de la
bijs meis rectũ i cõſpectu
tuo fuit Non ſis mihi tu
formidini: ſpes mea tu i
die afflictõis. Cõfũdãt q̃
pſequũt me: ⁊ nõ ꝯfũdar
ego. Paueãt illi: ⁊ non pa
ueã ego. Induc ſup eos
diẽ afflictõis: ⁊ duplici cõ
tritõe ꝯtere eos dñe de⁹ nr̃
Pacifice loquebant Gra.
mihi inimici mei: ⁊ in ira mole
ſti erãt mihi V Vidiſti dñe ne
ſileas ne diſcedas a me Trac
Dñe nõ ſcđm ut ſ die ciner
In illo tpe Scđm Johã.
Collegerũt pontifices et
phariſei ꝯciliũ aduerſus
iheſum: et dicebãt. Quid
facimus q: hic hõ multa
ſigna facit? Si dimitti-
mus eum ſic: oẽs credent
in eũ. Et venient romani
et tollent noſtrũ locum ⁊
gentẽ. Unus aũt ex ipſis
caiphas noĩe cũ eſſet pon
tifex anni illius dixit eis
Vos neſcitis q̃cq̃ nec co-
gitatis: q: expedit vobis
ut unus moriat hõ ꝓ po
pulo: ⁊ nõ tota gens pere
at. Hoc autẽ a ſemetipſo
nõ dixit. ſ; cũ eſſet ponti-
fex anni illius ꝓphetauit
q: iheſus moritur⁹ erat ꝓ
gente: et nõ tãtũ pro gen-
te. ſed ut filios dei q̃ erant
diſperſi ꝯgregaret i unũ.
Ab illo ergo die cogita-
uerunt ut interficerent eũ
Iheſus ergo iam nõ in
palã ãbulabat apud iu-
deos: ſed abijt i regionẽ
iuxta deſertũ in ciuitatẽ
que dicitur effrem. Et ibi
morabatur cum diſcipu
lis ſuis Sine Credo Off.
Benedict⁹ es dñe doce me iu-
ſtificatiões tuas: ⁊ nõ tradas
me calũniantibus me ſupbis
et reſpõdebo exprobrantibus
michi verbum. Secreta.
Preſta nob̃ miſericors
deus: ut digne tuis alta-
ribus ſeruire ſemper me-

reamur: ꝛ eorum ꝑpetua
participatiõe ſaluari. P
Pfa. Qui ſalutẽ. Com.
Ne tradideris me dñe in ani
mas ꝯſequẽtiũ me quia inſur-
rexerũt in me teſtes iniqui et
mentita eſt iniquitas ſibi.
Sumpti ſacrifi Cõplẽ.
cij dñe perpetua nos tu-
itio nõ derelinquat: ꝛ no-
xia ſemper a nobis cũcta
depellat. P do. Sup po-
pulũ Oremus Inclinate ca.
Concede q̃ſumus omni
potens deus: vt qui pro-
tectiõis tue gratiã queri
m⁹: liberati a malis om-
nib⁹ ſecura tibi mente ſer
uiamus. P do. Bñdicam⁹
dño. In vigilia palmaꝝ
Miſerere mihi dñe qm̃ To-
tum officiũ vt ſ̃ in feria
vi. p̃cedẽte. fo. lxxxix. Si
Tractu Exceptis que ſe
quũtur Collecta.
Proficiat q̃ſum⁹ dñe
plebs tibi dicata pie de-
uotiõis affectu: vt ſacris
actiõib⁹ erudita q̃to ma
ieſtati tue fit gratior: tã-
to donis potioribus au
geatur. P do. Alie coll'.
ad placitũ Lcõ zacharie
Hec dicit dñs
de⁹. Exulta ſatis fi
lia ſion iubila filia hieru
ſalẽ Ecce rex tuus venit ti
bi iuſtus ꝛ ſaluator: ipſe
paup ꝛ aſcẽdens ſup aſi-
nam et ſup pullũ filium
aſine Et diſpergam qua
drigã ex effraym: et equũ
de hieruſalẽ: et diſſipabit
arcus belli. Et loquet pa
cem gentibus: ꝛ poteſtas
eius a mari vſq; ad ma-
re. et a fluminib⁹ vſq; ad
fines terre. Tu quoq; in
ſanguine teſtamenti tui:
emiſiſti vinctos tuos de
lacu in quo non eſt aqua
Cõuertimini ad muniti-
onem vincti ſpei: hodie q̃
q; annuncians duplicia
reddam tibi. Quoniã ex
tendã mihi iudã q̃ſi arcũ
impleui effraym Et ſuſci
tabo filios tuos ſion ſu
per filios tuos grecia Et
ponã te q̃ſi gladiũ fortiũ
et dñs deus ſup eos vide
bit: et exibit vt fulgur ia-

culū eius et dn̄s deus in
tuba canet: et vadet ī tur-
bine auſtri. Dn̄s exercitu
um ꝓteget eos Et deuora
būt ⁊ ſubijciēt eos lapidi
bus funde: ⁊ bibentes ine
briabūtur q̄ſi vino: et re-
plebūtur vt phiale: ⁊ qua
ſi cornua altaris. Et ſal-
uabit eos dn̄s deus eoꝝ.
In illo Scd̄m Johān̄e.
tp̄e Subleuatis ihs ocu-
lis in celū dixit. Pater ve
nit hora: clarifica filium
tuū: vt filius tu⁹ clarificet
te. Sicut dediſti ei pote-
ſtatē oīs carnis: vt oē qd̄
dediſti ei det eis vitā eter-
nam. Hec eſt aūt vita eter
na vt cognoſcant te ſolū
verū deū: ⁊ quē miſiſti ihe
ſum xp̄m. Ego te clarifi-
caui ſup terrā: op⁹ ꝯſum-
maui qd̄ dediſti mihi vt
faciā. Et nūc clarifica me
tu pater apud temetipſū
claritate quā habui pri-
us q̄ꝫ mūdus eſſꝫ apud te
Manifeſtaui nomen tuū
hoīb⁹ quos dediſti mihi
de mūdo Tui erāt ⁊ mihi
eos dediſti. et ſermonē tu
um ſeruauerūt Nūc autē
cognouerūt qꝛ oīa q̄ dedi
ſti mihi abs te ſunt. quia
verba q̄ dediſti michi de-
di eis. Et ipſi acceperūt et
cognouerunt vere qꝛ a te
exiui: et crediderunt qꝛ tu
me miſiſti. Ego ꝓ eis ro-
go: non pro mūdo rogo
ſed pro his quos dediſti
michi: qꝛ tui ſunt Et mea
oīa tua ſunt: ⁊ tua mea
ſunt: ⁊ clarificatus ſum ī
eis. Et iā nō ſū ī mūdo. ⁊
hi in mūdo ſūt: et ego ad
te venio Pater ſācte ſerua
eos ī noīe tuo q̄s dediſti
michi: vt ſint vnū ſicut et
nos. Cū eſſem cū eis ego
ſeruabā eos in noīe tuo.
Quos dediſti michi cu-
ſtodiui: ⁊ nemo ex his pe-
rijt niſi fili⁹ ꝑditiōis: vt
ſcriptura ipleaᵗ. Nūc aūt
ad te venio. Et hec loq̄r ī
mūdo vt habeāt gaudiū
meū ipletū in ſemetipſis.
Ego dedi eis ſermonē tu
um: ⁊ mūd⁹ eos odio ha-
buit. qꝛ non ſunt de mun

do:ſicut ꝛ ego nõ ſum de
mũdo Non rogo vt tol-
las eos de mũdo: ſꝫ vt ſer
ues eos a malo. De mun
do nõ ſunt ſicut ꝛ ego nõ
ſum de mũdo. Sanctifi-
ca eos ĩ veritate. Sermo
tuus veritas eſt Sicut tu
me miſiſti ĩ mũdũ: et ego
miſi eos in mundũ. Et ꝑ
eis ego ſanctifico meip-
ſum: vt ſint et ipſi ſancti-
ficati in veritate. Nõ pro
his aũt rogo tantũ. ſed ꝛ
ꝑ eis qui credituri ſunt ꝑ
verbũ eoꝝ in me: vt om̃es
vnũ ſint. ſicut tu pater in
me ꝛ ego in te: vt et ipſi in
nobis vnũ ſint. vt mũdꝰ
credat qꝛ tu me miſiſti Et
ego claritatẽ quã dediſti
mihi dedi eis: vt ſint vnũ
ſicut ꝛ nos vnum ſumus
Ego in eis et tu in me: vt
ſint ꝯſummati in vnũ: et
cognoſcat mũdus qꝛ tu
me miſiſti: ꝛ dilexiſti eos
ſicut ꝛ me dilexiſti. Pater
quos dediſti mihi: volo
vt vbi ego ſum: et illi ſint
mecũ. vt videãt claritatẽ
meã quã dediſti mihi: qꝛ
dilexiſti me ante ꝯſtituti
onẽ mũdi Pater iuſte ꝛ mũ
dus te nõ cognouit: ego
ãt te cognoui. Et hi cog
nouerũt qꝛ tu me miſiſti.
Et notũ feci eis nomẽ tu
um: ꝛ notũ faciã vt dilec-
tio qua dilexiſti me in ip
ſis ſit. et ego ĩ ipſis Sine
N. cũctis Secre. Credo
nos q̃s dñe reatibus ꝛ pe
riculis ꝓpiciatus abſol-
ue: quos tanti miſterij tri
buis eſſe ꝑticipes Prefa.
Qui ſalutem Compleñ.
Diuini muneris largita
te ſatiati q̃ſumus dñe de
us noſter: vt huius ſemꝑ
participatiõe viuamus.
P dñm. Sup populum
Oremus Inclinate ca. ve. deo
Tueatur q̃s dñe dextera
tua pp̄lm dep̄cantẽ ꝛ puri
ficatũ dignanter erudiat
vt ꝯſolatiõe p̃ſenti ad fu
tura bona ꝑficiat. P do.
Bñdicamꝰ dño. Incipiũt
bñdictiones palmarum
Adiutoriũ noſtrũ ĩ noĩe dñi
Qui fecit celũ ꝛ ter. Oremus

DEus quē diligere et
amare iuſticia eſt. in
effabilis gratie tue dona
in nobis multiplica: et q̇
feciſti nos in morte filij
tui ſperare qđ credimus:
fac nos eodē reſurgētē ꝑ-
uenire quo tendimus. P
eūdē xp̄m. Lcō libri Exo di

IN diebus illis Vene
runt filij iſrael in helym:
ubi erant duodecim fon
tes aquarū et ſeptuagin-
ta palme. et caſtrametati
ſunt iuxta aquas. Profe
ctiqꝫ ſunt de helym: et ve-
nit oīs multitudo filio-
rum iſrael in deſertū ſyn.
qđ ē inter helym ⁊ ſynai:
quintodecimo die mēſis
ſecūdi: poſtꝙ egreſſi ſunt
de terra egypti. Et mur-
murauit oīs multitudo
filiorꝫ iſrael contra moy
ſen: et ꝯtra aaron in ſoli-
tudine: dixerūtqꝫ ad eos
filij iſrael. Utinam mor
tui eſſemus per manū do
mini ī terra egypti: quā-
do ſedebamꝰ ſuper ollas
carniū. ⁊ comedebamus
panes in ſaturitate. Cur
induxiſtis nos in deſer-
tum iſtud: ut occideretis
omnē multitudinem fa-
me. Dixit autem dñs ad
moyſen Ecce ego pluam
vobis panem de celo ut
egrediat̄ populꝰ et colli-
gat que ſufficiant per ſin
gulos dies ut temptē eū
utrū ambulet ī lege mea
an non. Die autem ſexta
parent quod inferāt: ⁊ ſit
duplum ꝙ colligere ſole
bant per ſingulos dies.
Dixerūtqꝫ moyſes ⁊ aa-
ron ad omēs filios iſra-
el. Veſpere ſcietis qꝛ dñs
eduxerit vos de terra egy
pti: ⁊ mane videbitis glo
riam eius. Audiuit enī
murmur veſtrū ꝯtra do
minū. Nos vero quid ſu
mus: qꝛ muſitaſtis ꝯtra
nos. Et ait moyſes. Da-
bit vobis dominus veſ-
pere carnes edere: ⁊ mane
panes in ſaturitate: eo ꝙ
audierit murmuratiōes
vr̄as quibus murmura
ti eſtis cōtra eū. Nos enī

quid ſumus? Nec cōtra
nos ē murmur veſtrū: ſȝ
ꝯtra dn̄m. Dixitqȝ moy-
ſes ad aaron Dic vniuer
ſe ꝯgregatiōi filioꝝ iſra-
el. Accedite corā dn̄o: au
diuit eīn murmur veſtrū
Cūqȝ loquereť ad omnē
cetū filioꝝ iſrael: reſpexe-
rūt ad ſolitudinē. Et ecce
glīa dn̄i apparuit ī nube.
Collegerūt Reſponſoriū
pontifices et phariſei conciliū
et dicebant. quid facim⁹ quia
hic hō multa ſigna facit: ſi di-
mittimus eū ſic oēs credent in
eū. Ne forte veniant romani
et tollant noſtrū locū et gentē
V̄ Vnus aūt ex ipſis caiphas
noīe: cū eſſet pontifex anni illi
us prophetauit dicēs. expedit
vobis vt vn⁹ moriatur hō pro
populo ꝛ nō tota gens pereat
Ab illo ergo die cogitauerūt i
terficere eū dicentes. Ne forte
veniāt. Scd̄m Matheū.
In illo tpe. Cū appropin-
quaſſet hieroſolimis ꝛ ve
niſſet bethfage ad mon-
tē oliueti: tunc ih̄s miſit
duos diſcipulos dicens
eis. Ite in caſtellū qd̄ cō-
tra vos eſt. et ſtatim inue
nietis aſinā alligatam.
et pullū cū ea. Soluite et
adducite mihi Et ſi quis
vobis aliqd dixerit: dici
te qꝛ dn̄s his opus habet
et confeſtim dimittet eos
Hoc aūt totū factū eſt vt
adimpleref qd̄ dictū eſt p
ꝓphetā dicentē. Dicite fi-
lie ſyon: ecce rex tuus ve-
nit tibi manſuetus ſedēs
ſup aſinā ꝛ pullū filium
ſubiugalis. Eūtes autē
diſcipuli fecerūt ſicut pre
cepit illis iheſus. Et ad-
duxerūt aſinā ꝛ pullū: et
impoſuerūt ſuper eos ve
ſtimenta ſua: et eū deſup
ſedere fecerunt. Plurima
aūt turba ſtrauerūt veſti
mēta ſua in via Alij aūt
cedebant ramos de arbo
rib⁹ ꝛ ſternebāt ī via. Tur
be aūt que precedebant ꝛ
que ſequebantur clama-
bant dicentes. Oſanna
filio dauid: benedictus
qui venit in nomine do-
mini D n̄s vobiſcū O rem⁹

Adeſto nobis oīpo-
tens deus vt qđ no-
ſtro miniſtraꝰ officio tue
bn̄dictōis potius imple
aꝰ effectu. Per xp̄m do. no.
Exorcizo Exorcizatio
te oīs creatura florū
et frondiū ī noīe dei pr̄is
✠ oīpotētis. et ī noīe iħu
xp̄i ✠ filij eius. et in vir-
tute ✠ ſpūſſancti. ꝓinde
oīs virtꝰ aduerſarij. oīs
exercitus diaboli. oīs po
teſtas inimici. oīſq; īcur-
ſio demonū. eradicare et
explantare ab hac creatu
ra florū ⁊ frondiū. vt hāc
gerētes ⁊ ad dei gratiā fe
ſtinātes veſtigia non ſeq̄
ris. nō inquietare: non il
ludere p̄ſumas interdico
tibi. Per eū q̄ vēturus ē iu.
Deus cuiꝰ Oremus
filius ꝓ ſalute gene
ris humani de celo deſcē-
dit ad terras ⁊ appropin
quāte hora paſſionis ſue
hieroſolimā in aſino ſe-
dens venire ⁊ a turbis rex
appellari ac laudari vo-
luit. Bene ✠ dicere ⁊ ſanc
ti ✠ ficare dignare hos
palmarꝫ ceterarūq; fron
diū ramos: vt oēs qui
eos laturi ſunt ita bn̄dic
tionis tue dono repleanꝰ
quatinus ⁊ in hoc ſeculo
hoſtis antiqui tēptamē-
ta ſuperare: et ī futuro cū
palma victorie et fructu
bonorꝫ operū tibi valeāt
apparere. Per eūdē xp̄m do.
Deus qui Oremus.
diſperſa ↄgregas et
cōgregata cōſeruas: qui
populis obuiā iheſu ra-
mos portantibus bene-
dixiſti: bene ✠ dic etiam
hos ramos palme atq;
aliarum arborum quos
tui famuli ad noīs tui be
nedictionē fideliter ſuſci-
piūt: vt in quocūq; loco
introducti fuerint tuam
bn̄dictionē ī eo manētes
ↄſequanꝰ: vt oī aduerſa
valitudīe fugata tua dex
tera protegat q̄s redemit
Per eūdē xp̄m do. no. Am
Deus qui Oremus
hodierna die ad in-
ſinuādū humilitatis ex-

emplum ſuper aſinū ſede
re et a turbis rex appella-
ri voluiſti et collaudari
reſpice ad deuotā popu-
li tui humilitatem. et qui
cū palmis et ceteris fron
dibus laudi tue dicatis
in memoriam huius ve-
nerāde ſolēnitatis deuo-
tus occurrit tibi iudici ve
nienti cū palma victorie
et fructu bonoꝝ operū ſe
tur⁹ occurrat Qui cū deo
patre ꝛ ſpūſancto viuis ꝛ
regnas deus Pꝛefatio.

Per om̄ia ſecula ſecu
loꝝ. Amē. Dñs vobiſcū
Et cū ſpū tuo. Surſū coꝛ
da. Habemus ad dñm.
Grās agamus dño deo
noſtro. Dignū ꝛ iuſtū eſt

Vere dignū ꝛ iuſtū ē
equū ꝛ ſalutare. Nos tibi
ſemꝑ ꝛ vbiqꝫ grās agere
domine ſancte pater om
nipotēs eterne deus. Mū
di ꝯditor omniūqꝫ crea-
turarū mirabilis diſpo-
ſitor. Deus qui inter ipſa
mūdi primordia cum ex

nihilo cuncta ꝯderes. lig
na q̄q; fructifera diuer-
ſo uſui ꝯgrua creata: ter-
ram producere iuſſiſti: ac
poſt maledictū īterdicte
arboris. uniuerſa ꝑ obe-
diētiā nobꝭ unigeniti filij
tui ī bn̄dictionē ꝯuertiſti
Be ✠ nedic etiā hos mul
tigenaꝝ arboꝝ ramos ī-

ter q̄s hec precipue arbor
oliue pinguedine cūctas
p̄cellit: ꝑ quā etiā cū mū-
di crimina diluuio quō-
dā expiarent effuſo colū-
ba ramū eiꝰ dē deferēs pa
cē terre redditā nūciauit.
Necnō 7 inocēs turba ſpi
ritu ſctō afflata unigeni-
to tuo dn̄o nr̄o ihu xp̄o

pro totiꝰ mūdi ſalute paſ
ſuro obuiam currēs pal
maꝝ ⁊ huius arboris ra
mos abſcidēs: ac veſtigi
is eiꝰ ſubſternēs: iam q̄ſi
triūphatorem de mortis
ꝑncipe oſtēdebat Te igiꝰ
dn̄e ſuppliciter dep̄camur
ut q̄ ānua deuotōe eiuſdē
redēptoris nr̄i ſacratiſſi

mā paſſionē preuenire ni
timur ipſo adiuuāte pal
mā victorie tenētes atqꝫ
oleo miſericordie intrin
ſecꝰ refulgentes in eiꝰ ſctā
reſurrectiōe p̄miū vite ⁊ i-
mortalitatis coronā pci
pere mereamur. Per eū. do.
no. ie. chri. fi. tu. q̄ te. vi. et
re. i vni. ſ. ſ. deꝰ Per oīa ſe. ſe.
Deus q̄ fi Oro Filiū
liū tuū ihm xp̄m do
minū noſtrū p ſalute no
ſtra i hūc mundū miſiſti

ut ſe humiliaret ad nos. et nos reuocaret ad ſe cui etiā dum hieruſalē ueniret ut adimpleret ſcripturas credentiū pueꝛorū turba fidelissima deuotione veſtimenta ſua cū ramis palmaꝝ in via ſternebat pſta qſumus ut illi fidei viā preparem⁹. de qua remoto lapide offenſionis et petra ſcandali: frondeant apud te opera noſtra iuſticie ramis ut ei⁹ veſtigia ſeq̄ mereamur. Qui tecum viuit Oratio.

Omnipotēs genitor qui unigenitum tuum ab hiericho monteq; oliueti ad hieruſalē direxiſti cui turba mirabilit occurrit. alij veſtimenta ſternentes. alij ramos de arboribus cedētes oliuarū. alij palmas in manibus ſuis deferētes: te obnoxijs precib⁹ humiliter depcamur: ut hec germina arborū ita ſāctificare digneris: ut hec loca ubi deportata fuerint ſancti ficata efficiant: quo oīs iniqtas ſeu illuſio demonum abcedat: ut tua nos ſemp dextera ptegere dignetur. Per eū. chri. Orō.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter. et ad beneficia recolēda qbus nos iſtaurare dignat⁹ es tribue venire gaudentes Per do. Deinde aſpergant palme ꝛ pp̄ls. Et interim cantet Aſperges me. Sine Gl'a pri Ad pceſſionem Antiph.

Cum appropinquaret dn̄s hieroſolimā miſit duos de diſcipulis ſuis dicēs Ite in caſtellū qḋ cōtra vos eſt. et inuenietis pullū aſine alligatū: ſup quē nullus hominū ſedit ſoluite ꝛ adducite mihi. ſi quis vos interrogauerit dicite op⁹ dn̄i eſt: ſoluētes adduxerūt ad ihesū ꝛ impoſuerūt ſup eū veſtimēta et ſedit ſup eum. Alii expandebāt veſtimēta ſua in via. alii ramos de arboribus ſternebāt. et qui ſequebant clamabant Oſanna bn̄dictus qui venit in noīe dn̄i bn̄dictū regnū pr̄is nr̄i dauid:

oſāna ī excelſis miſerere nobiſ
fili dauid In exitu chori
Cū audiſſet ppl̄s quia An̄.
iheſus venit hieroſolimā: acce
perūt ramos palmarū: ⁊ exie-
rūt ei obuiā: ⁊ clamabāt pueri
dicentes. Hic eſt qui ventur’ eſt
in ſalutē populi. Hic eſt ſal’ no
ſtra et redēptio iſrael. Quāt’ ē
iſte quē throni ⁊ dn̄atiōes ado
rant. noli timere filia ſyon. ec-
ce rex tuus venit tibi ſedēs ſuꝑ
pullū aſine ſicut ſcriptū ē Sal-
ue rex fabricator mūdi: qui ve
niſti redimere nos Antiph.
Ante ſex dies ſolēnitatis pa-
ſce venit dn̄s in ciuitatē hieru-
ſalē: et occurrerūt ei pueri. et in
manib’ portabāt ramos pal-
marū. et clamabant voce ma-
gna dicentes. oſanna in excel-
ſis. Benedictus qui veniſti in
multitudine miſericordie oſā-
na in excelſis Antiphona
Ceperūt oēs turbe deſcēden-
tiū gaudētes laudare deū vo-
ce magna ſuꝑ oībus q̄s vide-
rant virtutib’ dicētes: bn̄dict’
qui venit rex in noīe dn̄i pax ī
celo et gl̄ia in excelſis Anti.
Occurrūt turbe cū floribus ⁊

palmis redēptori dn̄o ⁊ victo-
ri triūphanti digna dant obſe
quia filiū dei olim gentes pre
dicāt et ī laude chriſti voces to
nant per nubila oſanna. De
inde p̄ſbiter flexis genib’
ante crucē ter incipit anti
phonā Aue rex noſter Et
interim choro totiēs can
tante Fili dauid redemptor
mūdi proſternit ſe p̄ mo-
dum crucis Antiphona
Aue rex noſter fili dauid re-
demptor mūdi: quē prophete
predicauerūt ſaluatorem do-
mui iſrael eſſe venturū. te em̄
ad ſalutarē victimā pr̄ miſit ī
mūdū quē expectabāt oēs ſāc-
ti ab origine mūdi ⁊ nūc oſan
na filio dauid bn̄dictus qui ve
nit ī noīe dn̄i oſanna ī excelſis
Ante crucē hymnus
Gloria laus et honor tibi
ſit rex chriſte redēptor. Cui pu
erile decus prompſit oſanna
pium. Gloria. Iſrael es tu
rex dauidis et indita proles.
Nomine qui in domini rex be
nedicte venis. Gloria Cet’
in excelſis te laudat celitus om
nis. Et mortalis homo ⁊ cūc-

ta creata ſimul. Gl'a Plebs hebrea tibi cũ palmis obuiã venit. Cũ prece voto hymnis aſſum⁹ ecce tibi Gl'a. Hi tibi paſſuro ſoluebant munia laudis. Nos tibi regnanti pangimus ecce melos Gloria. Fecerat hebreos hos gloria ſanguinis alti Nos facit hebreos tranſitus ecce pius Glo. Hi placuere tibi placeat deuotio noſtra Rex pie rex clemens cui bona cuncta placent. Gloria

Hic piijciãt rami Anti.

Pueri hebreorũ tollẽtes ramos oliuarũ obuiauerũt dño clamantes et dicentes oſanna in excelſis. Hic proijciãtur ſuppellicia a clericis qui Pueri cantabãt hymnũ

hebreorũ veſtimenta proſternebant in via et clamabãt dicentes: oſanna filio dauid benedictus qui venit in noĩe dñi

Preſbiter cũ ſocio reportaturus crucẽ ad eccleſiã flexis genib⁹ eleuando cã incipit choro proſequẽte

O crux aue ſpes vnica: hoc paſſionis tempore auge piis iuſtitiam reiſqʒ dona veniam

Deinde deferat ad eccleſi Ingredi- ant 7 cantet R̷.

ente dño in ſanctã ciuitatẽ hebreorũ pueri reſurrectionẽ vite pronũciantes: Cum ramis palmarũ oſanna clamabãt in excelſis. V̷ Cũqʒ audiſſent qꝛ venit iheſus hieroſolimã exierũt obuiã ei cum ramis Añ.

Turba multa q̃ venerat ad diẽ feſtũ clamabat dño bñdictus qui venit in noĩe dñi oſanna in excelſis. pš Bñdictus dñs deus iſrael quia viſitauit et fecit redẽptionẽ plebis ſue.

Turba multa Orõ

Age fidẽ in te ſperãtiũ deus: 7 ſupplicum preces dignãter exaudi veniat ſup nos multiplex miſericordia tua vt ſicut i figura ecclie tue multiplicaſti noe egredientẽ de arca: 7 moyſen exeũtẽ de egipto cũ filijs iſrl': ita nos portantes palmas et ramos oliuaꝝ: bonis actibus occurramus obuiã xp̃o: 7 p ipm in gaudium introeamus. Qui te. vi. 7

In dominica palmarũ.

Domine ne longe facias
auxiliū tuum a me ad de
fenſionē meā aſpice: libera me
de ore leonis ⁊ a cornibus uni
corniū humilitatem meā. ps.
noſtrum. Tūdet pectus et exal
tet vocem. Nobis quoqꝫ pecca-
toribus famulis tuis de multi-
tudine miſerationum tuaꝝ ſpe
rantibus. partem aliquam ⁊ ſo
cietatem donare digneris. cum

tuis ſanctis apoſtolis ⁊ marti-
ribus. cum Iohanne Stepha-
no Mathia Barnaba Ignatio
Alexandro Marcellino Petro
Felicitate Perpetua Agatha
Lucia Agnete Cecilia Anaſ-
taſia. ⁊ cū om̄ibus ſanctis tuis
Intra quoꝝ nos cōſortiū non
eſtimator meriti: ſed venie que-
ſumus largitor admitte. Per
chriſtum dn̄m noſtrū. Per quē
hec omnia dn̄e ſemper bona cre-
as. Signet vtrumqꝫ ſan✠cti-
ficas. viui✠ficas. be✠nedi-
cis ⁊ preſtas nobis. Hic cū ho-
ſtia ī locis ſignatis faciat duas
primas cruces ſupra calicem: ⁊
tertiā intra calicē: quartā iterū

ſup̃ calicẽ: ⁊ quã icipiet ĩ medio calicis ac pficiet an̄ calicẽ dicẽs

Per ✠ ipſum. et cum ✠ ipſo. et in ✠ ipſo. ẽ tibi deo ✠ pr̃i oĩpo-tẽti in unitate ſpũſſancti ✠ omnis honor et gloria. Hic parũ leuãdo calicẽ tanget cum hoſtia et mutet vocem.

Solẽniter. Hic cum manu dextera parũ leuet hoſtiã. et reponet dicens.



Per omnia ſecula ſeculorũ.

Oremus. Preceptis ſalutarib⁹ moniti. et diuina in-



ſtitutõe formati audem⁹ dicere. Pater noſter qui es

in celis. Sanctificetur nomen tuũ. Adueniat regnũ tuũ

Fiat volũtas tua ſicut in celo et in terra. Panẽ noſtrũ

cotidianū da nobis hodie. Et dimitte nobis debita

noſtra ſicut ⁊ nos dimittimus debitorib' noſtris Et

ne nos inducas in temptationem. Sed libera nos a malo. Sacerdos ſub ſilētio. Amē.

Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Oremus

Preceptis ſalutaribus moniti et diuina inſtitutōne

formati audemus dicere. Pater noſter qui es in celis

Sanctificetur nomen tuū. Adueniat regnū tuum Fiat

voluntas tua ſicut in celo et in terra. Panem noſtrū

cotidianū da nobis hodie. Et dimitte nobis debita

noſtra ſicut ⁊ nos dimittimus debitorib' noſtris Et

Sed libera nos a malo. Sacerdos ſub ſilẽtio. Amẽ.

ne nos inducas in temptationem.

Eleuet patenam dicens ſub ſilentio

Libera nos queſumus domine ab omibus malis prete ritis preſentibus et futuris. et intercedente pro nobis beata et glorioſa ſemꝑ virgine dei genitrice Maria. et beatis apoſtolis tuis Petro et Paulo atqꝫ Andrea et cũ oĩbus ſanctis tuis. Oſculetur patenã. Da propicius pacẽ in diebus nr̃is. Cum patena tangat oculũ ſiniſtrum vt ope miſericordie tue adiuti. Tangat oculũ dextrũ. et a pec-

cato ſimus ſemꝑ liberi. Signet
ſe cū patena. ⁊ ab om̄i perturba
tione ✠ ſecuri. Hic inclinando
accipiet ⁊ diuidet hoſtiā per me
dium Per eundem dominū no
ſtrū iheſum chriſtū filiū tuum.
Deponet partē hoſtie ſiniſtraꝫ
ad patenā. Deinde diuidet alte=
ram partiū dicēs. qui tecum vi-
uit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus
ſancti deus Deponet particulā
hoſtie dexterā ad patenā. Et cuꝫ
reliqua ꝑticula leuet calicē dicēs

PEr omnia ſecula ſeculoꝝ. Amē. Hic in locis ſigna-
tis faciat crucē cū tertia parte hoſtie intra calicē dicēs

PAx do ✠ mini ſit ✠ ſemper vo ✠ biſcum

Mittet terciã partem in calicez

Fiat hec cõmixtio corporis et ſanguinis domini noſtri iheſu chriſti om̄ibus nobis ſumentibus ſalus mentis ⁊ corporis in vitam eternam Amen dicens

Agnꝰ dei qui tollis peccata mūdi miſerere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mūdi miſerere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi. dona nobis pacem. In officio pro defunctis dicetur ter. Agnus dei qui tollis peccata mundi. dona eis requiem ſempiternam. Et non dicet miſerere nobis. neqꝫ. dona nobis pacē. neqꝫ dicetur prima oratio. Dñe iheſu chriſte qui

dixiſti. ſed ſecūda. Domine ihe
ſu chriſte fili dei viui. dūtaxat
cū alijs ſequentibus dicet. Sed
in alijs miſſis. anteq̃z det pacez
Domine iheſu inclinat' dicat
chriſte qui dixiſti apoſtolis tu-
is pacē meam do vobis. pacem
reliquo vobis. ne reſpicias pec-
cata mea. ſed fidē eccleſie tue ſan
cte. Oſculetur altare eamq̃z ſe=
cūdū volūtatē tuam pacificare
cuſtodire. Oſculet' librū et co
adunare dignare. Qui viuis et
regnas deus ꝑ oīa ſecl'a ſeclorū
Pax tibi et eccle- Dans pacem
ſie dei. Habete vinculum pacis
et charitatis. vt apti ſitis ſacro-
ſanctis miſterijs chriſti Amen

Anteq̄z cōicet inclinatus dicat

Domine iheſu chriſte fili dei vi
ui qui ex volūtate patris coope
rante ſpiritu ſancto ꝑ mortē tuā
mundum viuificaſti. libera me
queſo ꝑ hoc ſacroſanctū corpus
et ſanguinē tuū. ab om̄ibus ini-
quitatibꝰ meis: et vniuerſis ma
lis. et fac me tuis ſemꝑ obedire
mandatis. ⁊ a tua miſericordia
nūq̄z me ꝑmittas ſeparari. Qui
cū eodē deo prē in vnitate eiuſdē
ſpiritꝰ ſancti viuis ⁊ regnas deꝰ
in ſecla ſeculoꝝ. **Itē ſi placet an̄**
perceptionē inclinatꝰ dicat ora-
Perceptio corporis et **tionem**
ſanguinis tui domīe iheſu chri-
ſte que indignus ſumere preſu=

mo. nō mihi proueniat ad iudi-
cium ⁊ condemnationē. ſed pro
tua pietate proſit mihi ad tuta-
mentū anime et corporis. Qui
viuis et regnas deus. Per om-
nia ſecula ſeculorum. Amen.
Deinde reuerenter accipiet cor-
pus in manus dicens. Panē ce
leſtem accipiam: et nomē domi-
ni inuocabo. Tundet pectus.
Dn̄e nō ſum dignus vt intres
ſub tectū meū. ſed tantū dic ver
bo ⁊ ſanabitur anima mea. Su
mendo corpus dicet. Corpus
domini nr̄i ihesu christi cuſtodi
at animam meam in vitam eter
nam. Amen. Flectendo genua
Quid retribuā dn̄o pro oībus

ꝙ retribuit mihi *Accipiendo ca-
licē.* Calicē ſalutaris accipiā: ⁊
nomē dn̄i inuocabo *Faciēdo āte
ſe crucē cū calice.* Laudās ✝ inuo
cabo dn̄m: et ab inimicis meis
ſaluus ero. *Sumēdo ſanguinē
dicet.* Sanguis dn̄i noſtri iheſu
xp̄i cuſtodiat animā meā in vi-
tā eternā. Amen. *Poſt ꝑceptio-
nem ſanguinis dicet.* Corpus
tuū dn̄e quod ſumpſi ⁊ ſanguis
queꝫ potaui adhereat viſceribꝰ
aīe mee. et preſta: vt in me nō re-
maneat ſcelerū macula: quē pu-
ra ⁊ ſancta refecerūt ſacramēta
Qui viuis ⁊ regnas deus Per
oīa ſecula ſeculorum. *Poſt ab-
lutionē* Quod ore ſumpſimus

domine pura mēte capiamus et de munere tēporali fiat nobis remediū ſempiternū Per chriſtū dn̄m nr̄m Amen. Deinde dicat Cōmunio et Cōpleñ. Finita cōcluſione datur benedictio. Finita miſſa inclinando ſe dicat

Placeat tibi ſācta trinitas hoc obſequiū ſeruitutis mee. et preſta: vt hoc ſacrificiū qd̄ oculis tue maieſtatis indignus obtuli ſit tibi acceptabile mihiqꝫ et oībus pro quib9 illud obtuli ſit te miſerante propiciabile Meritis et interceſſionibus iſtorū et omniū ſanctoꝝ ſuorum miſereatur noſtri omnipotēs de9 Per chriſtum dn̄m noſtrum Amen

Dominus vobiſcũ Et cũ.
Initium ſancti euangelij
ſcdm Johãnẽ Gloꝛia tibi
domĩe Qui natus es de ꝛc.
In principio erat verbũ ⁊
verbum erat apud deũ ꝛc.
Vt ſup̃ fo. xviij. Exuendo
ſacras veſtes dicet. Anti.
Triũ pueroꝝ. ps Bñdici
te oĩa opa dñi dño ꝛc. ꝓ to-
tum ps. Laudate domi-
num in ſanctis eiꝰ ꝛc. Glr̃a
prĩ Cãticũ. Nũc dimittis
Glr̃a prĩ. Anti. Triũ pue-
roꝝ cãtemꝰ hymnũ quẽ cã
tabãt ĩ camino ignis lau-
dãtes ⁊ bñdicẽtes dominũ
Kyriel. xp̃el. kyriel. Pr̃ nr̃.
Et ne nos. Sꝫ libera Cõfi
teãtur tibi dñe oĩa opera
tua Et ſcti tui bñdicãt tibi.
Sacerdotes tui induãtur
iuſticia Et ſcti tui exultent
Exultabũt ſcti in glr̃a. Le
tabũtur in cubilibus ſuis
Exultẽt iuſti in conſpectu
dei. Delectẽt in leticia Nõ
nobis dñe nõ nobis. Sed
nomini tuo da gloꝛiã Ab
occultis meis munda me
dñe Et ab alienis parce ſer
uo tuo Fiat miſericoꝛdia

tua dñe ſup nos. Quẽad-
modũ ſperauimꝰ ĩ te Ore-
mus pro fidelibꝰ defũctis
Requiẽ eternã dona eis do
mine: et lux ꝑpetua luceat
eis Requieſcãt in pace Amẽ
Eſto nob dñe turris for-
titudinis A facie inimici.
Dñe deus virtutũ cõuerte
nos. Et oſtẽde. Dñe exau-
di. Et clamoꝛ. Dñs vo. Et
cũ. Oremus Collecta:
Deus qui tribus pu
eris mitigaſti flam
mas igniũ: ꝯcede ꝓpicius
ut nos famulos tuos nõ
exurat flãma vicioꝝ P do.
Da nob qs̃ Collec.
omipotẽs deus: vicioꝝ
noſtroꝝ flãmas extingue-
re qui beato laurẽtio mar
tyri tuo: tribuiſti toꝛmẽto
rũ ſuorũ incẽdia ſuperare.
P xp̃m domi. Collecta.
Actiões noſtras que
ſumus domine aſ-
pirãdo preueni: et adiuuã
do proſequere: ut cũcta no-
ſtra operatio a te ſemper in
cipiat et per te incepta fini-
atur. Per chriſtum domi-
num noſtrum Amen

In die pẽthe. Introitus

Spirit⁹ domini repleuit orbem terrarũ alleluia ⁊ hoc qd̃ cõtinet oia sciẽtiã habet vocis. allã allã allã. **ps** Confirma hoc deus qd̃ operatus es ĩ nobis a templo sãcto tuo qd̃ ẽ in hierusalẽ. **Glã** pri ⁊c Glã in ex.

Dicit ad pplm Dñs vobiſ.

Oremus **Collecta.**

Deus q̃ hodierna die corda fideliũ sancti spiritus illustratiõe docuisti da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semp cõsolatiõe gaudere Per dñ. eiusdem. **Hec sola.**

Lectio actuũ apostolorꝫ

In diebus illis. Dũ cõplerentur dies penthecostes erant oẽs discipuli pariter ĩ eodẽ loco. Et factus est repente de celo sonus: tanq̃ aduenientis spũs vehementis: ⁊ repleuit totam domũ ubi erãt sedẽtes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tanquã ignis: seditq; sup̃ singulos eorũ. Et repleti sunt oẽs spũsancto: et ceperũt loqui varijs linguis: ꝓut spũssanctus dabat eloqui illis. Erant aũt ĩ hierusalẽ habitãtes iudei viri religiosi ex omni natione que sub celo est. Facta aũt hac voce conuenit multitudo: ⁊ mente cõfusa est. qm̃ audiebat unusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupebãt autẽ oẽs: ⁊ mirabant̃ ad inuicem dicentes. Nonne ecce oẽs isti qui loquũtur galilei sũt? Et quõ nos audiuimus unusquisq; linguã nostrã ĩ qua nati sumus? Parthi et medi et elamite: ⁊ q̃ habitant mesopotamiã: iudeã et capadociã. ponthũ ⁊ asyã: phrigiã et pamphiliam: egyptũ ⁊ partes libie que est circa cyrenen: et aduene romani. Judei quoq; et proseliti cretes ⁊ arabes. Audiuimus eos loquẽ-

tes noſtris linguis mag
nalia dei. Alla. ℣ Emitte
ſpiritum tuum ⁊ creabūtur et
renouabis faciem terre. Al
leluia. ℣ dicitur flexis ge
nibus Veni ſancte ſpiritus
reple tuorum corda fidelium
et tui amoris in eis ignem ac
cende. Sequentia. Veni
ſancte ſpiritus dicitur ſin-
gulis diebus uſqꝫ ad oc-
tauas pēthecoſ. excluſiue
ſcd̄m eccleſiam coloniēn̄.
Veni ſancte ſpūs: et emit
te celitus lucis tue radiū.
Veni pater pauperū: veni da
tor munerū: veni lumen cor-
diū. Conſolator optime dul
cis hoſpes anime dulce refrige
rium. In labore requies in
eſtu temperies: in fletu ſolaci-
um. O lux beatiſſima: reple
cordis intima tuorū fidelium
Sine tuo numine: nihil eſt in
lumine: nihil eſt innoxiū. La
ua quod eſt ſordidum: riga
quod eſt aridū: ſana quod eſt
ſaucium. Flecte quod eſt ri-
gidum: foue quod eſt frigidū:
rege quod eſt deuium. Da tu
is fidelibus in te confidentib⁹

ſacrum ſeptenarium. Da vir
tutis meritum: da ſalutis exi-
tum da perhenne gaudium.
Sancti Alia ſequen̄.
ſpiritus aſſit nobis gra
tia. Que corda noſtra ſibi fa
ciat habitaculū. Expulſis in
de cunctis viciis ſpiritalibus.
Spirit⁹ alme illuſtrator ho-
minū. Horridas noſtre men
tis purga tenebras. Ama-
tor ſancte ſenſatorum ſemper
cogitatuum. Infunde uncti-
onem tuam clemens noſtris
ſenſibus. Tu purificator om
nium flagiciorū ſpiritus. Pu
rifica noſtri oculum interioris
hominis. Ut videri ſuprem⁹
genitor poſſit a nobis. Mun
di cordis quē ſoli cernere poſ-
ſunt oculi. Prophetas tu in-
ſpiraſti ut preconia chriſti pre
cinuiſſent indita. Apoſto-
los confortaſti uti tropheum
chriſti per totum mundum ve
herent. Quando machinam
per verbum ſuum fecit deus
celi terre marium. Tu ſuper
aquas foturus eas numē tuū
expandiſti ſpiritus. Tu aīa-
bus viuificandis aquas fecū-

das. Tu aſpirando das ſpi
ritales eſſe hoīes. Tu diui-
ſum per linguas mūdū et ri-
tus adunaſti domīe. Idola-
tras ad cultū dei reuocas ma
giſtrorū optime. Ergo nos
ſupplicātes tibi exaudi ꝓpici-
us ſancte ſpiritus. Sine quo
preces oēs caſſe credūtur ⁊ in-
digne dei auribus. Tu qui
omniū ſeculorū ſāctos. Tui
numinis docuiſti iſtinctu am-
plectēdo ſpiritus Ipſe hodie
apoſtolos chriſti. Donās mu
nere inſolito ⁊ cunctis inaudi
to ſeculis. Hunc diē glorioſū
feciſti Scdm Johānem
N.i.tē.Di.i.diſ.ſu. Si qs
diligit me ſermonē meū
ſeruabit. Et pater me⁹ di
liget eū. et ad eū veniem⁹
et mānſionē apud eū facie
mus. Qui nō diligit me
ſermones meos non ſer-
uat. Et ſermonē quē au-
diſtis non eſt me⁹: ſꝫ eius
qui miſit me patris. Hec
locut⁹ ſum vobis apud
vos manēs. paraclitus
aūt ſpūſſanctus quē mit
tet pater in noīe meo. ille
vos docebit oīa: ⁊ ſugge-
ret vobis oīa quecūqꝫ di
xero vobis. Pacē relin-
quo vobis: pacē meā do
vobis Non quō mūdus
dat ego do vobis. Non
turbet cor veſtrū neqꝫ for
midet. Audiſtis qꝛ ego
dixi vobis: vado ⁊ venio
ad vos. Si diligeretis
me gauderetis vtiqꝫ: qꝛ
vado ad patrē. quia pat
maior me eſt. Et nūc di-
xi vobis prius q̄ fiat: vt
cū factum fuerit credatis
Iā nō multa loquar vo
biſcū. Venit em̄ priceps
mūdi huius: et in me nō
habet quicq̄. Sed vt cog
noſcat mūdus qꝛ ego di
ligo patrē. et ſicut mādā
tum dedit mihi pater ſic
facio. Credo Dñ p octāu.
Confirma hoc de⁹ Offer.
quod operatus es in nobis a
templo tuo qd̄ eſt in hieruſalē
tibi offerēt reges munera all'a
Munera q̄ſum⁹ Secre.
dñe oblata ſanctifica: et
corda noſtra ſancti ſpiri
tus illuſtratione emun-

da. P eiuſdē. Prefa. Qui
aſcendēs ſup oēs ꝛc. Hodier-
na die dr p octāz tm̄. Cōi-
cantes ꝛ diē ſacra. et Hāc
igiť durāt in feriā ſextā
poſt pēth. īcluſiue Coṁ.
Factus eſt repēte de celo ſo-
nus aduenientis ſpūs vehemē
tis ubi erant ſedentes alľa. et
repleti ſunt oēs ſpūſancto lo-
quētes magnalia dei. alľa al.
Sancti ſpūs dñe Cōpl.
corda noſtra mundet in
fuſio: ꝛ ſui roris intima
aſperſiōe fecūdet. P eiuſ.
Jte miſſa eſt alľa dicit per
octauā. Feria. ij.
Cibauit eos ex adipe
frumenti alľa. et de petra mel
le ſaturauit eos alľa alľa alľa
ps̄ Exultate deo adiutori no
ſtro: iubilate deo iacob. Gľa
pri ꝛc. Gľa in excelſis dicitur
Deus q ap Collecta
oſtolis tuis ſactum
dediſti ſpiritum concede
plebi tue pie petitionis ef
fectum: ut quibus dedi-
ſti fidem largiaris ꝛ pa-
cem. Per eiuſdem. Lec-
tio actuum apoſtolorū.

In diebus illis. Aperiēs
petrus os ſuū dixit. Uiri
fratres ꝛ patres: nobis p̄
cepit dñs p̄dicare popu-
lo ꝛ teſtificari: qꝛ ipſe eſt q
conſtitutus eſt a deo iu-
dex viuorū et mortuorū.
Huic omnes ꝓphete teſti-
moniū perhibent remiſſi
onem peccatorū accipere
per nomen eius oēs qui
credūt in eum. Adhuc lo
quente petro verba hec ce
cidit ſpūſſāctus ſup om-
nes qui audiebāt verbū
et obſtupuerūt ex circūci-
ſione fideles qui venerāt
cum petro. qꝛ ꝛ in natio-
nes gratia ſpūſſācti effu
ſa eſt. Audiebāt eñ illos
loquētes linguis ꝛ mag
nificātes deū. Tūc reſpō-
dit petrꝰ. Nūquid aqua:
Quis ꝓhibere poteſt ut
nō baptizent hi qui ſpm̄
ſanctū acceperunt ſicut ꝛ
nos. Et iuſſit eos bapti
zari in nomie dñi noſtri
iheſu xpi. Alľa. ℣ Loque-
bantur variis linguis apoſto
li magnalia dei. Alleluia. ℣

dicitur flexis genib⁹ Ueni sancte spiritus reple tuorū corda fideliū et tui amoris in eis ignem accēde Sequēn. Ueni sancte spiri⁹. ut s̄ die sctō penth. Scōm Joh. In illo tpe Dixit ihs disci pulis suis. Sic deus dilexit mūdū ut filiū suum unigenitū daret: ut oīs q̄ credit in eū nō pereat: sed habeat vitā eternā. Non enī misit deus filiū suū i mūdū ut iudicet mundū sed ut saluet mūdus p ip sum. Qui credit in eū nō iudicat. Qui aūt nō credit iam iudicatus est. qꝛ nō credit in noīe unigeniti filij dei. Hoc est aūt iudiciū: qꝛ lux venit in mūdū. et dilexerūt hoīes magis tenebras q̄ lucē Erāt enī eorū mala opa. Oīs enī qui male agit odit lucem ꝛ nō venit ad lucē. ut non arguātur opera ei⁹. Qui aūt facit veritatē venit ad lucē ut manifestētur opera eius. qꝛ in deo sunt facta. Credo dicit. Emitte spiritū tuū Offer. et creabūtur: et renouabis faciem terre. sit gloria dn̄i in secula alleluia. Secreta Propicius q̄sumus domine hec dona sanctifica et hostie spūalis oblatione suscepta nosipsos tibi pfice munus eternum P do. Prefa. Qui ascēdēs. Cōicātes et Hāc igit. ꝟr: Spiritussanctus do Com. cebit vos alleluia quecūqꝫ dixero vobis all'a all'. Cōplen. Adesto q̄sumus dn̄e populo tuo ꝛ quē misterijs celestib⁹ imbuisti ab hostiū furore defende. P d. Ite missa est all'a Feria. iij. Accipite iocunditatē glīe vestre all'a. gratias agētes deo alleluia qui vos ad celestia regna vocauit all'a alleluia alleluia. ps Attēdite popule meus legem meam indinate aurem vestram in verba oris mei. Gloria pri ꝛc. ꝟr Gloria in excel. Collecta Assit nobis q̄sumus domine virtus spiritussācti: que et corda nr̄a

clementer expurget: et ab
omnibus tueatur aduer
ſis. P do. eiuſdē. Lectio
In diebus actuū apl'oꝝ.
illis. Cū audiſſent apo-
ſtoli qui erant hieroſoli-
mis quia recepiſſet ſama
ria verbum dei: miſerūt
ad eos petrum et iohan-
nem. Qui cum veniſſent
orauerūt pro ipſis vt ac
ciperent ſpiritūſanctum.
Nondū eñ in quemq̄ il-
lorum venerat: ſed bapti
zati tantū erāt in noīe do
mini iheſu. Tunc impo-
nebant manus ſuper il-
los: et accipiebāt ſpiritū
ſanctum. Alleluia. V. Ver
bo dñi celi firmati ſunt et ſpi-
ritu oris eius oīs virtus eo-
rum. Alleluia. V. flexis ge
nibus dicit Veni ſancte ſpi
ritus reple tuorū corda fideli
um: et tui amoris in eis ignē
accende. Sequeñ. Veni ſāc
te ſpūs et emitte ce. vt ſ. i die
ſancto. Scd̄m Johañ.
In. i. t. D. i. d. ſu. Amē di
co vobis: qui nō intrat p
oſtiū in ouile ouium ſed
aſcēdit aliūde: ille fur eſt
et latro. Qui autē intrat
p oſtiū paſtor eſt ouium
Huic oſtiarius aperit et
oues vocē ei⁹ audiūt. Et
ꝓprias oues vocat noīa-
tim ⁊ educit eas. Et cū ꝓ-
prias oues emiſerit ante
eas vadit et oues illū ſe-
quūtur: qꝛ ſciūt vocē eius
Alienū aūt nō ſequūtur:
ſed fugiūt ab eo: quia nō
nouerūt vocem alienorū
Hoc ꝓuerbium dixit eis
iheſus. Illi aūt non cog
nouerūt quid loq̄ref eis.
Dixit ergo eis iterū ihs.
Amen amen dico vobis
qꝛ ego ſum oſtiū ouium.
Omnes quotquot vene-
rūt fures ſunt ⁊ latrones
ſꝫ nō audierūt eos oues.
Ego ſum oſtiū Per me ſi
quis introierit ſaluabif.
Et ingredietur et egredie
tur: ⁊ paſcua inueniet Fur
non venit niſi vt furetur
et mactet et perdat. Ego
veni vt vitam habeant et
habundantius habeant
Credo dicit Offertoriū.

Confirma hoc deus qđ operatus es ī nobis a templo tuo qđ eſt in hieruſalē: tibi offerēt reges munera all'a. Secre.

Purificet nos q̃ſum⁹ domine muneris preſentis oblatio: et dignos ſacra participatione pficiat p dñm noſtrũ. eiuſdē. Prefatio Qui aſcendens Cōicantes ⁊ Hanc igit' dicit' Spiritus qui a patre Com̄. procedit all'a ille me clarificabit alleluia all'a. Cōplēda.

Mentes nr̃as q̃s dñe ſpiritusſanct⁹ diuinis reparet ſacramētis: q2 ipſe eſt remiſſio omniũ pctō2 p dñm. eiuſ. Ite miſſa eſt all'a

Feria. iiij. q̃tuor tēporũ.

Deus dũ egredereris coram populo tuo alleluia iter faciens eis alleluia: habitans in illis alleluia all'a. ps Exurgat deus et diſſipent' inimici eius. ⁊ fugiant qui oderũt eum a facie eius. Gl'a prī ⁊c. dicitur Gl'a in excelſis. et ſine Dñs vobiſcũ. dicit' verſus altare Oremus Sine Flectamus ge. Collecta.

Mentes noſtras q̃ſumus dñe paraclit⁹ qui a te pcedit illuminet et inducat in omnē ſicut tuus pmiſit fili⁹ veritatē Qui tecũ. eiuſ. Sine alia

Lectio libri Sapientie.

In dieb⁹ illis. Dixit ſalomō filijs iſrael. Diligite iuſticiā qui iudicatis terrā. Sentite de dño in bonitate: ⁊ in ſimplicitate cordis q̃rite illum. Qm̄ iuenie' ab his qui nō temptāt illũ: apparet aũt eis qui fidē habēt in illũ. Peruerſe em̄ cogitationes ſeperant a deo: pbata autē virtus corripit inſipiētes: qm̄ in maliuolam aīam nō introibit ſapientia: nec habitabit ī corpore ſubdito peccatis. Sanctus em̄ ſpũs diſcipline effugit fictũ: et auferet ſe a cogitatiōib⁹ q̃ ſunt ſine itellectu. ⁊ corripiet' a ſupueniente iniq̃tate. Benign⁹ eſt em̄ ſpiritus ſapientie: ⁊ nō liberabit maledictum a labijs

ſuis. Dñi renū illꝰ teſtis
eſt deꝰ: ⁊ cordis illꝰ ſcru-
tator eſt verus: et lingue
illius auditor: qm̄ ſpūs
dñi repleuit orbē terraꝝ
et hoc qđ ꝯtinet oīa ſcien
tiā habet vocis. Alla. ℣
Paraclitꝰ ſpūſſanctꝰ. quē mit
tet pater in noīe meo ille vos
docebit omnē veritatē. Alla
nō repetit̄. Sed ad ꝓſam
ꝟꝛ Dñs vo. Oremus. Sine
flectamus ge. Coll.

D Eleſta q̄s oṗs ⁊ miſe-
ricors deꝰ: ut ſpūſſāctus
adueniēs tēplū nos glo
rie ſue dignāter īhabitā-
do pficiat. P eiuſ. Hec ſo
la. Lectio actuū apłoꝝ.

I N dieb' illis. Stās petrꝰ
cū vndecim eleuauit vo-
cem ſuā ⁊ locutꝰ ē eis Vi-
ri iudei ⁊ q̄ habitatis hie
ruſalē vniuerſi hoc vobꝭ
notū ſit: ⁊ aurib' pcipite
verba mea Non eñ ſicut
vos eſtimatis hi ebrij ſūt
cū ſit hora diei tercia. ſed
hoc eſt qđ dictū eſt p ꝓphe
tam iohel. Et erit in no-
uiſſimis dieb' dicit dñs:
effundam de ſpiritu meo
ſuper oēm carnē: ⁊ ꝓpheta
bunt filij veſtri ⁊ filie vr̄e
Iuuenes veſtri viſiones
videbūt: ⁊ ſeniores veſtri
ſomnia ſōniabūt Et qui
dē ſup ſeruos meos ⁊ ſup
ancillas meas ī diebus
illis effundā de ſpū meo
et ꝓphetabūt. Et dabo p-
digia in celo ſurſū: et ſig
na in terra deorſum: ſan
guinē ⁊ ignē ⁊ vaporē fu
mi. Sol cōuertet̄ in tene-
bras ⁊ luna in ſanguinē
antequā veniat dies dñi
magnus ⁊ manifeſtꝰ Et
omnis quicūqȝ īuocaue-
rit nomē dñi ſaluus erit
Alla. ℣ dicit̄ flexis geni
bus Veni ſancte ſpiritus re-
ple tuorū corda fideliū et tui
amoris in eis ignem accende.
Sequeñ. Veni ſancte ſpūs
ut ſ̄ in die ſcō Scđm

I N illo tpe Di- Johanē
xit ihs diſcipulꝭ ſuis. Ne-
mo poteſt venire ad me
niſi pater q̄ miſit me tra-
xerit eum: ⁊ ego reſuſcita
bo eum in nouiſſimo die

Eſt ſcriptū in ꝓphetis Et
erūt om̄es docibiles dei.
Omnis q̄ audiuit a pa-
tre meo ⁊ didicit venit ad
me. Nō quia patrem vi-
dit quiſquam niſi is qui
eſt a deo hic videt patrem
Amen amen dico vobis
qui credit in me habet vi
tam eternam. Ego ſum
panis vite. Patres veſtri
manducauerūt māna in
deſerto ⁊ mortui ſūt. Hic
eſt panis de celo deſcēdēs
vt ſi quis ex ipſo mandu
cauerit nō moriat̄. Ego
ſum panis viuus qui de
celo deſcendi. Si q̄s man
ducauerit ex hoc pane vi
uet ineternum. Et panis
quē ego dabo caro mea ē
pro mūdi vita. Credo Of.
Emitte ſpiritū tuū Offer.
et creabūtur et renouabis fa-
ciem terre: ſit gloria dn̄i in ſe-
cula alleluia. Secreta
Accipe q̄ſumus domine
munus oblatū ⁊ dignā-
ter operare: vt quod mi-
ſterijs agimus pijs affec
tibus celebremus. P do.

Prefa. Qui aſcendēs. Cōi-
cantes et Hanc igit̄ pen
thecoſtes dicit̄. Com.
Pacem meā do vobis alle-
luia. pacē relinquo vobis al-
leluia all'a Complenda
Sumētes dn̄e celeſtia ſa-
cramenta queſumus cle-
mentiam tuam vt quod
tēporaliter gerimus eter
nis gaudijs conſeq̄mur
P dn̄m. Ite miſſa eſt all'a.
Feria. v. Spirit' domini ꝛc
vt ſ̄ per totū in die ſācto
cū Glā in excel. exceptis q̄
ſequūtur. et dicit̄ ad po-
pulū Do. vo. Ore'. Coll.
DA q̄s eccleſie tue mi-
ſericors de': vt ſpiri-
tuſctō cōgregata hoſtili
nullaten' incurſione tur
betur. P eiuſđ. Lcō act.
In diebus illis apłoꝝ.
Philippus deſcēdēs in ci
uitatē ſamarie p̄dicabat
illis xp̄m. Intendebant
aūt turbe hijs q̄ a philip-
po dicebant̄ vnanimiter
audiētes ⁊ vidētes ſigna
q̄ faciebat. Multi enī eo-
rū qui habebāt ſpiritus

immūdos clamātes vo-
ce magna exiebāt Multi
aūt paralitici ⁊ claudi cu
rati ſunt. Factū eſt ergo
gaudiū magnū in illa ci
uitate. Alla Emitte. Alla
Veni ſancte. Sequeñ. Veni
ſancte ſpūs. ut ſ in die ſctō
In illo tpe Scdm Lucā.
Conuocatis ihesus duo
decim apoſtolis ſuis de-
dit illis virtutē ⁊ poteſta
tem ſup oīa demonia: et
ut languores curarēt Et
miſit illos pdicare in reg
num dei: et ſanare infir-
mos. Et ait ad illos. Ni-
hil tuleritis in via: neqȝ
virgā neqȝ perā neqȝ pa-
nē neqȝ pecuniā neqȝ du-
as tunicas habeatis. Et
in quācūqȝ domū intra-
ueritis ibi manete ⁊ inde
ne exeatis Et quicūqȝ nō
receperint vos exeūtes de
ciuitate illa: etiā puluerē
pedū veſtroꝝ excutite i te
ſtimonium ſupra illos.
Egreſſi aūt circuibant p
caſtella: euāgelizantes et
curantes vbiqȝ Credo Of

Offer. Confirma. ut ſ in
die ſancto Secreta.
Virtute ſctiſpiritus dñe
munera noſtra cōtinge:
ut qđ ſolēnitate preſenti
tuo nomini dedicauit: et
intelligibile nobis fiat ⁊
eternū. P dñm nrm eiuſ.
Prefa. Qui aſcendēs Cōi-
cantes et Hanc igit dicit
Com. Factus eſt ut ſupra
Sacramentis Cōpleñ.
dñe celeſtib' operante ſpi
rituſancto vicia nr̄a pur
gentur: ut munerib' tu-
is poſſimus ſemp apta-
ri. P dñm noſtꝝ ihesum
xp̄m filiū tuū. Qui tecū
viuit eiuſ. Ite miſſa eſt alla
Repleatur Feria. vi.
os meum laude tua alle
luia. ut poſſim cātare alleluia
gaudebūt labia mea dum can
tauero tibi alleluia alla. ps
In te domine ſperaui non cō-
fundar ineternum: in iuſticia
tua libera me. Gloria pri ⁊c
dicitur Gla in excelſis. et ad
populū dicit Do: vo. Ore'
Sine flec. ge. Coll.
Annue miſericors de-

us: ut qui diuina precep-
ta violādo a paradiſi fe-
licitate decidim⁹: ad eter-
ne beatitudinis redeam⁹
acceſſum: ꝑ tuorū cuſto-
diam mandatorū. P d.
Lectio actuū apoſtoloꝝ
In diebus illis. Aperiēs
petrus os ſuū dixit. Vi-
ri iſraelite: audite verba
hec Iheſum nazarenū vi
rum approbatū a deo in
vobis virtutib⁹ ꝓdigijs
et ſignis: que fecit per illū
deus ī medio veſtri ſicut
vos ſcitis. Hūc definito
ꝯſilio ⁊ pſcientia dei tra-
ditum ꝑ manus iniquo
rum affigētes interemi-
ſtis Quē deus ſuſcitauit
ſolutis doloribus infer-
ni: iuxta quod īpoſſibile
erat teneri illū ab eo Da-
uid eñ dicit in eum. Pro
uidebā dominū corā me
ſemper: quoniā a dextris
eſt michi ne commouear
Propter hoc letatum eſt
cor meum: ⁊ exultabit lin
gua mea. inſuper et caro
mea reqeſcet in ſpe. Quo-
niā non derelinques ani
mam meam in inferno.
neq; dabis ſanctum tuū
videre corruptiōem No-
tas mihi feciſti vias vite
replebis me iocunditate
cum facie tua. Alleluia V
Spiritus domini repleuit or
bem terrarum: et hoc qđ conti
net omnia ſcientiam hab; vo
cis. Alleluia. V dicitur fle
xis genibus. Veni ſācte ſpi
ritus reple tuorum corda fide
lium: et tui amoris in eis ignē
accende. Sequentia Veni
ſancte ſpiritus et emitte ce. vt
ſup̄ ī die ſancto. fol. clxiij.
In illo Scđm Lucam.
tempore Factum eſt vna
dierum et iheſus ſedebat
docens. Et erant phari-
ſei ſedentes et legiſdocto
res qui venerant ex om-
ni caſtello galilee ⁊ iudee
et hieruſalē et virtus do-
mini erat ad ſanandum
eos. Et ecce viri portan-
tes hominem ī lecto qui
erat paraliticus: et quere
bant eum inferre et pone
re ante illum. Et nō inue-

nientes qua parte illũ in
ferrẽt pre turba aſcende-
rũt ſupra tectũ et ꝑ tegu-
las ſubmiſerũt illũ cũ lec
to in mediũ ante iheſum
Quoꝝ fidẽ ut vidit dixit
Homo remittuntur tibi
peccata tua Et ceperũt co
gitare ſcribe ⁊ phariſei di
centes. Quis eſt hic q̄ lo-
q̄r blaſphemias? Quis
poteſt dimittere peccata
niſi ſol⁹ de⁹? Ut cogno-
uit aũt ihs cogitationes
eoꝝ: reſpõdẽs dixit ad il-
los. Quid cogitatis ĩ cor
dibus vr̄is? Quid eſt fa
cilius dicere. dimittũtur
tibi peccata. an dicere ſur
ge ⁊ ambula? Ut ſciatis
aũt qꝛ filius hoïs habet
poteſtatẽ in terra dimit-
tendi pctã ait paralitico
Tibi dico ſurge: tolle lec
tum tuũ ⁊ vade in domũ
tuã. Et ↄfeſtim ſurgens
corã illis tulit lectũ in q̄
iacebat: ⁊ abijt in domũ
ſuã magnificãs deũ. Et
ſtupor apprehẽdit oẽs et
magnificabãt deũ. Et re
pleti ſunt timore dicẽtes
qꝛ vidim⁹ mirabilia ho-
die. Credo dicit. Offer.
Emitte ſpiritũ tuũ ⁊ creabũ
tur ⁊ renouabis faciẽ terre ſit
gloria domini ĩ ſecula alleluia
Sacrificia do Secreta.
mine tuis oblata cõſpec-
tibus ignis ille diuinus
aſſumat qui diſcipuloꝝ
chriſti tui per ſpiritũ ſan
ctum corda ſuccendit. P
eũdem: eiuſdem. Prefa.
Qui aſcendens Cõmuni-
cãtes et Hanc igit dicit.
Spirit⁹ ubi vult ſpi Cõm.
rat et vocem eius audis all'a.
et neſcis unde veniat aut quo
vadat alleluia alleluia all'a.
Sumpſimus Cõplẽda
domine ſacri dona miſte
rij deprecantes: ut que in
tui ↄmemoratione nos
facere precepiſti in noſtre
proficiant infirmitatis
auxilium. Qui viuis et
regnas. Ite miſſa eſt all'a.

Sabbato quatuor temporum. Introitus.

Charitas dei diffuſa ẽ in
cordib⁹ veſtris alleluia

per inhabitātē ſpiritū eius in
vobis alla alla. Ps. Dñe deus
ſalutis mee in die clamaui et
nocte coram te. Gla patri ꝛc.
Gloria ī excelſis dicit. Sed
nō dicit Flecta. ge. ꝓpter fe
ſtum. nec Dñs vo. ſed ver-
ſus altare dicitur tātum
Oremus Collecta.
Mentibus noſtris q̄-
ſum⁹ domine ſpiritūſan
ctum benignus infunde
cuius et ſapientia cōditi
ſumus: et prouidētia gu
bernamur. Per eiuſdē. Si-
ne alia. Lectio Johelis
Hec dicit dñs ꝓphe.
Effundā de ſpiritu
meo ſup omnē carnē: ꝛ ꝓ
phetabunt filij veſtri ꝛ fi
lie veſtre. Senes vr̄i ſom
nia ſomniabunt: ꝛ iuue-
nes veſtri viſiones vide-
būt. Sed et ſuper ſeruos
meos ꝛ ancillas meas in
diebus illis effūdam de
ſpiritu meo ꝛ ꝓphetabūt.
Et dabo prodigia ī celo
ſurſum: et ſigna in terra
deorſum. ſanguinē et ig
nem ꝛ vaporē fumi. Sol
ↄuertetur in tenebras: et
luna in ſanguinē: anteq̄
veniat dies dñi magn⁹ ꝛ
horribilis. Et omīs qui
cūq₃ inuocauerit nomen
dñi ſaluus erit. Alleluia
V. Emitte ſpiritū tuū et crea-
būtur et renouabis faciē terre
Alla non repetit. ſed ſine
Dñs vo. ꝛ ſine Flec. ge. dicit
verſus altare Oremus.
Illo nos igne Col.
q̄s dñe ſpūſſct⁹ iſſā-
met. quē dñs noſter ihs
xp̄s miſit in terrā ꝛ volu
it vehemēter accēdi. Qui
tecū in vnitate eiuſdē. Si
ne alia. Lcō libri Leuiti.
In diebus illis Locutus
eſt dñs ad moyſen dicēs
Loquere filijs iſrael: ꝛ di
ces ad eos. Cum ingreſſi
fueritis terram quā ego
dabo vobis. et meſſueri-
tis ſegetem: feretis mani
pulos ſpicarum: primi-
tias meſſis veſtre ad ſa-
cerdotem. Qui eleuabit
faſciculū corā dño ut ac-
ceptabilis ſit ꝓ vobis al
tera die ſabbati ꝛ ſanctifi

tabit illū. Numerabitis
ergo ab ipſo die in q̄ ob-
tuliſtis manipulos pri-
miciarū ſeptē hebdoma
das plenas uſq; ad alte-
rum diē expletionis heb
domade ſeptime: ⁊ ſic of-
feretis ſacrificiū nouum
dn̄o ex oībus habitacu-
lis veſtris. panes primi-
ciarū duos. de duab⁹ de
cimis ſimile: quos eleua
bit ſacerdos corā dn̄o: et
vocabitis hūc diē celeber
rimū atq; ſanctiſſimum.
Omne opus ſeruile non
facietis in eo. Legitimū
ſempiternū erit in cūctis
habitaculis ⁊ generatio
nib⁹ vr̄is. dicit dn̄s op̄s.
All'a. ℣ Verbo dn̄i celi fir-
mati ſunt: et ſpiritu oris eius
oīs virtus eorū. All'a nō re
petit. ſed ſine do. vo. ⁊ ſine
flec. ge. dicit ꝟſus altare.
Deus Col. Oremus
q̄ ob aīarū medelā ie
iunij deuotione caſtiga-
ri corpora precepiſti. con
cede nobis ꝓpicius: ⁊ mē-
te et corpore ſemper tibi
eſſe deuotos. P d̄. Sine
alia. Lectio libri Deu-
teronomij.
In diebus il-
lis. Dixit moyſes Audi
iſrael que ego p̄cipio ti-
bi hodie. Cū intraueris
terrā quā dn̄s deus tuus
daturus eſt tibi poſſidē-
dam: et obtinueris eam
atq; habitaueris in illa:
tolles de cunctis frugib⁹
tuis primitias et pones
in cartallo. ꝓgeſq; ad lo
cum quē dn̄s deus tuus
elegerit ut ibi inuocetur no
mē eius. accedeſq; ad ſa-
cerdotē qui fuerit in die-
bus illis ⁊ dices ad eum.
Profiteor hodie corā do
mino deo tuo qui exau-
diuit nos: et reſpexit hu-
militatē noſtrā ⁊ laborē
atq; anguſtiā: et eduxit
nos de egipto in manu
forti ⁊ brachio extēto in
ingenti pauore in ſignis
atq; portētis: ⁊ introdu-
xit ad locū iſtum: ⁊ tradi
dit nobis terram lacte et
melle manantē. Et idcir-
co nūc offero primicias

frugum terre quã dñs de
us dedit michi. Et dimit
tes ea in cõſpectu dñi dei
tui. Et adorato dño deo
tuo: epulaberis ĩ oĩb⁹ bo
nis tuis que dñs deus tu
us dederit tibi. Alleluia.
V. Paraclitus ſpũſſãctus quẽ
mittet pater in noĩe meo ille
vos docebit omnẽ veritatem
All'a non repetit̃. ſed ſine
Do. uo. et ſine Flec. ge. dicit̃
ꝟſus altare Orem⁹ Col.

Preſta q̃s oĩpotẽs de
us vt ſalutaribus ie
iunijs eruditi: ab oĩbus
etiã vitijs abſtinẽtes ꝓ
piciationẽ tuã facilꝰ im
petremus. P dñm. Sine
alia Lcõ libri Leuitici.

In diebus illis. Dixit do
minus ad moyſen Loq̃
re filijs iſrael. Si in p̃cep
tis meis ambulaueritis
et mãdata mea cuſtodie
ritis et feceritis ea: dabo
vobis pluuiã tꝑibus ſu
is. et terra gignet fructũ
ſuũ. et pomis arbores re
plebũt. Apprehẽdit meſſi
um tritura vindemiã: et
vindemia occupabit ſe
mentẽ. Et comedetis pa
nem veſtrũ in ſaturitate
et abſq; pauore habita
bitis in terra veſtra. Da
bo pacẽ ĩ finibus veſtris
dormietis ⁊ non erit qui
exterreat. Auferã malas
beſtias: ⁊ gladius nõ trã
ſibit terminos ṽros. Per
ſeq̇mini inimicos ṽros ⁊
corruẽt corã vobis. Per
ſequentur quinq; de ve
ſtris centũ alienos: ⁊ cen
tum ex vobis decem mi
lia. Cadẽt inimici veſtri
in ꝯſpectu veſtro gladio
reſpiciam vos et creſcere
faciã. multiplicabimini
et firmabo pactum meũ
vobiſcum. Et comedetis
vetuſtiſſima veterum: et
vetera nouis ſuperueni
entibus proijcietis. Po
nam tabernaculum me
um in medio veſtri. ⁊ nõ
abijciet vos vltra ani
ma mea. Et ambulabo
inter vos et ero veſter de
us voſq; eritis populus
meus Dicit dñs oĩpotẽs

A lľa ꝟ flexis genibus đꝛ
Veni ſancte ſpūs reple tuorū
corda fideliū:et tui amoris in
eis ignē accēde. Allľa nō repe
tiť ʒ ſine Do.vo. ⁊ ſine flec.
ge. diciť ꝟſus altare Ore⁹.

P Reſta q̄s Collecta
oipotēs de⁹ ſic nos
ab epulis carnalibus ab
ſtinere:ut a viciis irruen
tibus pariter ieiunemus
P do. Lectio Danielis
ꝓphete Angelus dn̄i de-
ſcendit. Req. in aduentu
dn̄i.fol. ix. Non dicitur
hymn⁹. ſed Allľa.ꝟ Bene
dictus es dn̄e deus patrū nr̄o-
rū et laudabilis i ſecula. Al-
leluia nō repetiť. Sed hic
ad ꝓlm đꝛ Dn̄s vo. Ore
mus. Sine flec.ge. Colľ.

D Eus qui tribus pue
ris mitigaſti flam-
mas igniū ꝯcede ꝓpicius
ut nos famulos tuos nō
exurat flāma vicioꝝ Pđ
Lectio actuū apoſtoloꝝ
In diebus illis. Cōuenit
vniuerſa ciuitas audire
verbū dn̄i. Videntes aūt
iudei turbas repleti ſunt
zelo: ⁊ cōtradicebant his
que a paulo dicebantur
blaſphemātes. Tūc ꝯſtā
ter paulus et barnabas
dixerunt. Vobis oporte
bat primū loq̄ verbū dei
ſed qm̄ repuliſtis illud ⁊
īdignos vos iudicaſtis
eterne vite: ecce conuerti-
mur ad gentes. Sic em̄
p̄cepit nobis dn̄s Poſui
te in lucē gentibus ut ſis
in ſalutē vſqȝ ad extremū
terre. Audientes aūt gen
tes gauiſe ſunt ⁊ glorifi-
cabāt verbū dn̄i.et credi-
derūt q̊tq̊t erant preordi
nati ad vitā eternā. Diſ-
ſeminabať autē verbum
dn̄i per vniuerſam regio
nem. Iudei aūt ꝯcitaue-
rūt religioſas mulieres
et honeſtas et primos ci-
uitatis: ⁊ excitauerūt pſe
cutionē in paulum ⁊ bar
nabā:et eiecerūt eos de fi
nibus ſuis. At illi excuſ-
ſo puluere pedū in eos ve
nerūt yconiū. Diſcipuli
quoqȝ replebantur gau
dio ⁊ ſpūſancto. Alleluia

ꝟ Laudate dn̄m oēs gentes: et collaudate eū om̄es populi: Alla. repetat̃ Sequētia Veni sancte spūs. ut s̄ i die sctō fol'. clxiii. Euāgeliū Surgens ihesus de synagoga introiuit. Reqre s̄ i q̄dragesima. feria. v. p⁹ oculi. fo. lxviij. Credo dr̄ Confirma hoc deus Off. qd̄ operatus es in nobis a tēplo tuo qd̄ est in hierusalē: tibi offerēt reges munera alleluia Ut accepta tibi Secreta sint dn̄e nostra ieiunia: p̄sta nobis q̄s hui⁹ munere sacramenti purificatū tibi pect⁹ offerre. P d. Prefa. Qui ascendēs. Sine Cōicantes et sine Hāc igitur de penth. Com̄. Non vos relinquam orphanos: veniā ad vos iterū alla. et gaudebit cor vestrū alla al. Prebeant no- Cōplen̄. bis dn̄e diuinū tua sancta feruorē quo eoꝝ parit̃ et actu delectemur et fructu. P do. Jte missa est alla In octā penth. Introit⁹ Spūs dn̄i reple. ut s̄ in die sctō. fo. clxiij. Glia in excel. dicit̃ ad plm̄ Do. vo. Ore⁹ Coll. Deus q̄ hodierna ut in die sancto. fol'. clxiij. Lcō libri apocalipsis beati Johannis apostoli. In diebus illis Uidi ostium apertū in celo. et vox prima quā audiui tanq̄ tube loquētis mecum dicens. Ascēde huc ꝛ ostēdā tibi que oportet fieri cito post hec Statimq̧ fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo ꝛ supꝛa sedē sedens Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis ꝛ sardini Et iris erat in circuitu sedis silis visioni smaragdine Et in circuitu sedis sedilia vigintiq̄tuor: ꝛ supra thronos vigintiq̄tuor seniores sedētes circūamicti vestimentis albis: ꝛ in capitibus eoꝝ corone auree. Et de throno pꝛocedebāt fulgura: ꝛ voces ꝛ tonitrua: et septem lampades ardentes ante thronum qui sunt septem spi

ritus dei. Et in cōſpectu
ſedis tanꝙ̄ mare vitreū ſi
mile chriſtallo. Et in me
dio ſedis et in circuitu ſe
dis: q̄tuor animalia ple-
na oculis ante ⁊ retro Et
animal primū ſimile leo
ni. Et ſecūdū aīal ſimile
vitulo. Et terciū animal
habēs faciē quaſi homi-
nis. Et quartū animal ſi
mile aquile volanti. Et
quatuor aīalia ſingula
eorum habebant alas ſe-
nas: et in circuitu ⁊ intus
plena ſunt oculis. Et re-
quiem nō habebāt die ac
nocte dicentia. Sanctus
ſanctus: ſanctus dn̄s de-
us omnipotēs: qui erat ⁊
qui eſt: et qui ventur⁹ eſt.
Et cū darent illa anima
lia gloriā ⁊ honorē ⁊ be-
nedictionē ſedenti ſuper
thronū viuenti in ſecula
ſeculorū: procidebant vi
gintiq̄tuor ſeniores an-
te ſedentē ī throno: et ad-
orabant viuentē in ſecu-
la ſeculorū Amen. Duo
A. lla. et Sequeñ. Sancti
ſpiritus aſſit dicitur vt ſu-
pra die ſancto. Secūdū
In illo tempo Johānē.
re. Erat homo ex phari-
ſeis nichodemus nomi-
ne princeps iudeoꝝ. Hic
venit ad iheſum nocte: et
dixit ei. Rabbi ſcim⁹ q: a
deo veniſti magiſter. Ne
mo em̄ poteſt hec ſigna
facere que tu facis niſi fu
erit deus cum eo. Reſpon
dit iheſus ⁊ dixit ei. Amē
amen dico tibi: niſi quis
natus fuerit denuo non
poteſt videre regnū dei.
Dicit ad eum nichode-
mus. Quomodo poteſt
homo naſci cū ſit ſenex?
Nunquid poteſt in ven-
trem matris ſue iterum
introire ⁊ naſci? Reſpon-
dit iheſus. Amen amen
dico tibi: niſi quis rena-
tus fuerit ex aqua et ſpi-
ritu non poteſt introire
in regnum dei Quod na
tum eſt ex carne caro eſt: ⁊
quod natū eſt ex ſpiritu
ſpūs eſt. Non mireris q:
dixi tibi optet vos naſci

denuo. Spiritꝰ ubi vult
ſpirat: et vocem eius au-
dis: ſed non ſcis unde ve
niat aut quo vadat. Sic
eſt om̄is qui natus eſt ex
ſpiritu. Reſpōdit nicho-
demꝰ ⁊ dixit ei. Quomo-
do poſſunt hec fieri? Re-
ſpondit iheſus ⁊ dixit ei.
Tu es magiſter in iſrael
⁊ hec ignoras? Amē amē
dico tibi: qꝛ qđ ſcimus lo
quimur: ⁊ qđ vidimus te
ſtamur: et teſtimoniū no
ſtrū non accipitis Si ter
rena dixi vobis ⁊ non cre
ditis. quomodo ſi dixe-
ro vobꝭ celeſtia credetis?
Et nemo aſcendit in celū
niſi qui deſcendit de celo
filius hominis qui eſt in
celo Et ſicut moyſes exal
tauit ſerpentem in deſer-
to: ita exaltari oportet fi
lium hominis: ut om̄is
qui credit in ipſum nō pe
reat. ſed habeat vitā eter-
nam. Credo dicit Offer-
toriū. Secreta. Prefatio.
Com̄. et Compleñ. ut ſ̄
die ſancto. Sed Cōican-
tes et Hanc igit nō dicū
tur. ſed Ite miſſa eſt alleluia
dicit. Item feria. ij. iij. et
iiij. poſt octauas penthe.
ſeruabitur officium miſ
ſe per totū ſicut in die ſan
cte trinitatis: ut infra. ni
ſi fuerit feſtum. ix. lectio-
nū aut officij. quia tūc de
tali feſto dicetur officiū
miſſe cum ſuffragi. et pre
fatione de ſancta trinita
te. Feſtum tamen officia-
tum his diebus non ſer-
uatur in horis: quāuis of
ficiū miſſe de eodē ſerua-
bitur. De ſancta Trini-
tate Introitꝰ.

BEnedicta ſit ſanc
ta trinitas atqꝫ i
diuiſa unitas: cō
fitemini ei: quia fecit nobiſcū
miſericordiā ſuam. ps Bene
dicamus patrē ⁊ filiū cum ſan
cto ſpiritu. Gl'a pri ꝛc dicit
Gl'a in ex. et ad ipſm dicit
Do. vo. Oremus Collecta

OMnipotēs ſempiter
ne deꝰ qui dediſti fa-
mulis tuis in confeſſio-
ne uere fidei eterne trini-

tatis gloriam agnoſcere et in potẽtia maieſtatis adorare unitatem queſumus ut eiuſdẽ fidei firmitate ab oĩbus ſemp munia mur aduerſis. P do. Secũda coll. de venerab. ſacramento ſub una ↄcluſione: dicitur dñica poſt ſacramẽti tm̃. Ad Roma.

Fratres O altitudo diuitiarũ ſapientie et ſcientie dei. q̃ incõprehẽſibilia ſunt iudicia eius: et inueſtigabiles vie eius Quis eñ cognouit ſenſum dñi: aut quis ↄſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi et retribuetur ei? Qm̃ ex ipſo et p ipſum et in ipõ ſunt omnia Ipſi honor et gloria in ſecula ſeculoꝝ amen Gr. dicit deinceps in oĩbus miſſis uſqꝫ ad ſabbatũ i alb poſt paſca excluſiue.

Benedictus es dñe qui intueris abyſſos et ſedes ſuper cherubin. ℣ Bñdictus es in throno regni tui et laudabilis in ſecula. Alleluia. ℣ Benedictus es dñe deus patrũ noſtrorũ et laudabilis in ſecula Aliud All'a ℣ Omniũ in te credentiũ ſuſcipe vota trinitas alma tibi gloria et laus eterna.

Benedicta Sequẽtia.

Benedicta ſemp ſctã ſit trinitas deitas ſcilicꝫ unica coequalis gloria. Pater filius ſanctuſſpiritus tria ſunt noĩa oĩa eadẽ ſubſtantia. Deus genitor deus genitus in utroqꝫ ſacer ſpũs deitate ſocia. Non tres tamẽ dii ſunt deus verus unus ẽ ſic pater dominus filius ſpirituſqꝫ ſanctus. Proprietas in pſonis unitas eſt et in eſſentia. Maieſtas par et poteſtas decus honor eque p omnia Sidera maria continens arua ſimul et uniuerſa condita Quẽ tremũt ipia tartara colit quoqꝫ quem et abyſſus infima. Nunc oĩs vox atqꝫ lingua fateat hũc laude debita Quẽ laudat ſol atqꝫ luna diguitas adorat angelica. Et nos voce precelſa oĩes modulemur orgaĩca cantica dulci melodia. Eya et eya nunc ſimul iubilemus altithrono domino

laudes in excelſis. O adoranda trinitas. O venerāda unitas. Per te ſumus creati vera eternitas. Per te ſum' redempti ſumma tu charitas. Populum cūctum tu protege: ſalua: libera: eripe: ⁊ emunda. Te adoramus omnipotens tibi canimus tibi laus et gloria Per infinita ſecula ſeculorum. Euangeliū. Cū venerit paraclitus. Req̄re dominica poſt aſcenſionē. fol. clviij. Credo dr. Benedictus Offertoriū. ſit de' pater unigenituſq; dei filius ſanctus quoq; ſpiritus quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Secreta. Sanctifica q̄ſumus domine deus noſter per tui ſancti nominis inuocationem: et per unigeniti tui virtutē: huius oblationis hoſtiam: et cooperante ſpirituſancto p̄ eā noſmetipſos tibi perfice munus eternū. P eiuſdē. Alia ſecreta de venerabili ſacramēto ſub una cōcluſiōe: dr: dñica die poſt ſacramēti tm̄. Prefatio Qui cum unigenito Com. Benedicite deum celi et corā omnibus viuētibus cōfitemini ei: quia fecit nobiſcū miſericordiā ſuam Complēda Proficiat nobis ad ſalutē corporis ⁊ anime domine deus huius ſacramenti perceptio: ⁊ ſempiterna ſancte trinitatis eiuſdemq; indiuidue unitatis ꝯfeſſio. P do. Alia cōplenda de venerabili ſacramēto ſub una ꝯclone dicit' tātū dñica die poſt ſacramenti. Ite miſſa eſt. dicit' ſine All'a. De corpore chriſti ac venerabili ſacramento.

Cibauit eos ex adipe frumenti alleluia: et de petra melle ſaturauit eos all'a all'a all'a. Ps Exultate deo adiutori noſtro iubilate deo iacob. Gl'a pri ⁊c dicit' Gl'a in excel. Coll. Deus qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſiōis tue memoriā

reliquiſti tribue q̃ſumus
ita nos corporis ꝛ ſāgui
nis tui ſacra miſteria ve
nerari:ut redēptiōis tue
fructū in nob̄ iugiter ſen
tiamus. Qui viuis ꝛ reg
nas cū deo patre i unita-
te ſpūſſancti de⁹ Per oīa.
Secūda collᷓ. de ſctā trini
tate ſub una cōcluſiōe: dr
per tres dies. ſcȝ ſextā ſab
batū et dn̄icam imediate
ſequeñ. tm̄. Ad Corinth.
Fratres. Ego eñ ac
cepi a dn̄o qđ et tra-
didi vobis: qm̄ dn̄s no-
ſter iħs xp̄s in qua nocte
tradebat᷑ accepit panem
gratias agēs fregit ꝛ di-
xit. Accipite ꝛ mādūcate.
Hoc eſt corpus meū qđ p̄
vobis tradet᷑. Hoc facite
in meā cōmemorationē.
Siṁr et calicē poſtq̄ ce-
nauit dicēs. Hic calix no
uū teſtamentū eſt in meo
ſanguine Hoc facite quo
tienſcūqȝ ſumitis in meā
ꝯmemorationē. Quoti-
enſcūqȝ eñ mādūcabitis
panē hūc ꝛ calicē bibetis
mortē dn̄i annūciabitis
donec veniat. Itaqȝ qui
cūqȝ mādūcauerit panē
hūc vel biberit calicē dn̄i
indigne: reus erit corpo-
ris ꝛ ſanguinis dn̄i Pro
bet autē ſeipſum hō: et ſic
de pane illo edat et de ca-
lice bibat. Qui eñ man-
ducat ꝛ bibit indigne: iu
dicium ſibi manducat ꝛ
bibit Non diiudicās cor
pus domini Graduale.
Oculi omniū in te ſperāt dn̄e
et tu das illis eſcam in tēpore
oportuno ℣ Aperis tu manū
tuā ꝛ imples omne aīal bn̄dic
tione. Alla. ℣ Caro mea ve
re eſt cib⁹ et ſanguis meus ve-
re ē potus: qui mādūcat meā
carnē ꝛ bibit meū ſanguinē in
me manet ꝛ ego i eo Seqñ.
Lauda ſion ſaluatorem
lauda ducē ꝛ paſtorē in
hymnis ꝛ canticis Quātū po
tes tātū aude. quia maior om
ni laude: nec laudare ſufficis.
Laudis thema ſpecialis pa-
nis viu⁹ ꝛ vitalis hodie ꝑponi
tur Quē i ſacre mēſa cene tur
be fratrū duodene datum nō

ambigitur Sit laus plena ſit
ſonora: ſit iocunda: ſit decora
mentis iubilatio Dies em̄ ſo
lénis agitur in qua menſe pri
ma recolitur huius inſtitutio.
In hac menſa noui regis no-
uū paſca noue legis phaſe ue-
tus terminat. Vetuſtaté no-
uitas umbram fugat veritas
nocté lux eliminat. Quod in
cena chriſtus geſſit faciédum
hoc expreſſit in ſui memoriã.
Docti ſacris īſtitutis panem
uinū in ſalutis cõſecram⁹ ho-
ſtiã. Dogma daꝛ chriſtianis
ꝙ in carné tráſit panis: et ui-
nū in ſanguiné. Quod nõ ca
pis qð nõ vides animoſa fir-
mat fides preter rerū ordiné
Sub diuerſis ſpeciebus ſig-
nis tantū et non rebus latent
res eximie. Caro cibus ſan-
guis potus: manet tamé xp̄s
totus ſub utraqꝫ ſpecie. A ſu
mente nõ cõciſus nõ confract⁹
nec diuiſus integer accipitur.
Sumit un⁹ ſumūt mille: ꝙtū
iſti tantū ille: nec ſumptus ab
ſumitꝛ. Sumūt boni ſumunt
mali ſorte tamen inequali ui
te vel interit⁹. Mors eſt ma-
lis vita bonis uide paris ſum
ptiõis ꝙ ſit diſpar exit⁹ Fra
cto demū ſacramento ne uacil
les: ſed meméto tantū eſſe ſub
fragmento ꝙtum toto tegitꝛ.
Nulla rei ſit ſciſſura ſigni tã-
tum fit fractura qua nec ſtat⁹
nec ſtatura ſignati minuitur.
Ecce panis angelorū factus
cibus viatorū vere panis fili
orū nõ mittendus canib⁹ In
figuris preſignatꝛ cū yſaac im
molatꝛ agnus paſce deputatꝛ:
datur mãna patribus. Bo-
ne paſtor panis vere iheſu no
ſtri miſerere: tu nos paſce nos
tuere: tu nos bona fac videre
in terra viuétiū. Tu qui cunc
ta ſcis et vales qui nos paſcis
hic mortales tu nos ibi cõmen
ſales coheredes ꝛ ſodales fac
ſanctorū ciuiū S. Johēm
Nil. t. D. i. diſ. ſ. et turbis
iudeoꝝ. Caro mea vere ē
cibus et ſanguis me⁹ ve-
re eſt potus. Qui mãdu-
cat meã carné et bibit me
um ſanguiné in me ma-
net et ego i illo. Sicut mi
ſit me viués pater: et ego
viuo ꝑter patré. Et qui

mandūcat me ⁊ ipſe viuet
ꝓpter me. Hic eſt panis q̄
de celo deſcendit. Non ſi-
cut patres veſtri mandu
cauerūt māna et mortui
ſunt. Qui mādūcat hūc
panem viuet in eternum
Credo dicitur Offerto.
Sacerdotes incenſum dn̄i et
panes offerūt deo: et ideo ſanc
ti erunt deo ſuo et nō polluent
nomen eius all'a. Secreta.
Eccleſie tue q̄ſumus dn̄e
vnitatis et pacis ꝓpicius
dona ↄcede que ſub obla
tis muneribꝰ miſtice de-
ſignātur. P dn̄m. Alia
de ſctā trinitate ſub vna
ↄclōne d᷑ p tres dies ime
diate ſequeñ. tm̄. Prefa.
Quia per incarnati Com̄.
Quotienſcūq; manducabitis
panem hunc ⁊ calicem bibetis
mortem dn̄i annūciabitis do-
nec veniat. itaq; quicūq; man
ducauerit panē vel biberit ca-
licē dn̄i indigne reꝰ erit corpis
et ſanguinis dn̄i all'a Cōpl'.
Fac nos q̄ſumus domi
ne diuinitatis tue ſempi
terna fruitiōe repleri quā
p̄cioſi corporis ⁊ ſangui
nis tui temporalis ꝑcep
tio p̄figurat. Qui viuis.
Alia Complēda de ſanc
ta trinitate ſub vna ↄclu
ſione. dicitur p tres dies
ꝓxime ſequentes tm̄ Ite
miſſa ē ſine Alla In cra
ſtino venerabil' ſacramē
ti et ſabbato ſequeñ. offi-
ciū p totū de venerab. ſa-
cramento. vt ſ̄. cū ſuffra.
de ſctā trinitate. Tercia
aūt Coll'. cum Secreta et
Cōpl'. erit ſcd̄m placitū.
Et dicit' pars Sequentie
ſcʒ Ecce panis angelorū
Cetera vt ſ̄. Si ꝙo occur
rerit feſtū. ix. lectionū tūc
officiū miſſe d᷑ de tali fe-
ſto cū ſuffra. de venerab.
ſacrō: et ſacta trinitate: et
prefatione de venera. ſa-
cramēto. Quia p incar-
nati. Credo d᷑ ꝓpter feſtū
Cetera de ſācto occurrēte
Si vero occurrerit feſtū
officiatū infra octās ve-
nerabil' ſacri. de illo dicet'
tm̄ Suffra. in miſſa. ſcilʒ
Coll'. Secreta. et Cōplē.

Cetera de venerab̄. ſacr̄o
Nota dn̄ica infra octās
venerabil' ſacr̄i ſeruabit̄
ſolēniter feſtū ſactiſſime
trinitatis cū officio Be-
nedicta ſit ꝛc. vt ſ̄ habet̄.
cum Suffra. de venera-
bili ſacr̄o tm̄. ſub vna cō
cluſiōe. Nota etiā ꝙ hac
die et deinde bn̄dicit̄ ſal
et aqua ſingulis diebus
dn̄icis ante miſſā vt mo-
ris ē extra tēpus paſcale.
vt infra poſt cōe ſanctoꝝ
fol. ſignat̄. Et fit
ꝓceſſio cū cantu ſcd̄m cō-
ſuetudinē cuiuſlibet eccl̄e
Nota inſup ꝙ ferijs ſcd̄a
tercia ꝛ quarta ſequeñ. ſer
uabit̄ per totū de venera
bili ſacr̄o officiū ꝓportio
nabiliter vt ſ̄ feria ſexta ꝛ
ſabbato ſignat̄. Sꝫ nō di
cit̄ Suffra. de ſancta tri-
nitate. In octaua aūt ve
nerabil' ſacr̄i ſeruabitur
etiā officiū ꝑ totū ſicut in
die ſancto eiuſdē cū tota
Sequeñ. Sed nō dicitur
ſuffra. de ſancta trinita-
te. Si ꝟo occurrerit feſtū
nouē lectionū in octaua
ꝑdicta illud anticipabit̄
vel poſtponit̄ in diē apti
orē. Si aūt feſtū officia-
tū vel vigilia alicuꝰ ſan
ti occurrerit. de illo dicet̄
in miſſa ſuffra. tātū. Si
vero occurrerit feſtū nati
uitatis ſcti iohānis bap
tiſte. aut feſtum ſctōꝝ pe-
tri et pauli apl̄oꝝ. vel Cō
phariſeus: vt pranderet
apud ſe. Et igreſſus recu
buit Phariſeꝰ aũt cepit ĩ-
tra ſe reputãs dicere: qua
re nõ baptizatꝰ eſſet ante
prãdiũ Et ait ihs ad illũ
Nunc vos phariſei qđ de
foris eſt calicis et catini
mũdatis. qđ aũt ĩtus eſt
veſtrũ: plenũ eſt rapina ꝛ
iniquitate. Stulti. Nõne
q̄ fecit qđ deforis eſt: etiã
id qđ deintꝰ eſt fecit. Ve-
rũtamẽ qđ ſuper eſt date
elemoſinã: ꝛ ecce oĩa mũ-
da ſũt vobis. Sed ve vo
bis phariſeis q̄ decima-
tis mentã ꝛ rutam ꝛ om-
ne olus: ꝛ p̄teritis iudici-
um ꝛ charitatem dei. Hec
aũt oportuit facere: ꝛ illa
nõ omittere Ve vobꝫ pha
riſeis q̄ diligitis primas
cathedras in ſynagogis
et ſalutatiões in foro Ve
vobis q̄ eſtis velut mo-
numẽta que nõ apparent
et hoĩes ambulantes ſu-
pra neſciũt. Reſpõdẽs au
tẽ quidam ex legiſperitis
ait illi. Magiſter hec di-
cens etiã nobis ꝯtumeli
am facis. At ille ait. Et
vobis legiſperitis ve: q̄
oneratis homines oneri
bus que portare nõ poſ-
ſunt: ꝛ ipſi vno digito ve
ſtro nõ tãgitis ſarcinas.

Dñica. x. Seruabit vt ſ̄
dñica. ij. fo. clxxvij.

Dum clamarẽ notaꝰ.

ad dñm exaudiuit vocem me-
am ab his qui appropinquāt
mihi et humiliauit eos qui eſt
ante ſecula et manet ineternū
iacta cogitatū tuū in dño et ip
ſe te enutriet. ps Exaudi de⁹
orationē meā et ne deſpexeris
deprecationē meam: intende
mihi ⁊ exaudi me. Gl'a pri ⁊c
vr. Sine Gl'a in ex. in feria
DEus qui oīpo Coll.
tentiā tuā parcendo
maxime ⁊ miſerādo ma-
nifeſtas: multiplica ſup
nos grām tuā: vt ad tua
promiſſa currētes celeſti
um bonoꝝ facias eſſe cō
ſortes. P d. Hic poſſunt
dici plures coll. Lcō eple
beati Pauli apli Ad Co
FRēs. Sci rinthios
tis qm̄ cū gentes eſ
ſetis ad ſimulachra mu-
ta ꝓut ducebamini eūtes
Ideo notū vobis facio:
ꝙ nemo ī ſpū dei loquēs
dicit anathema iheſu. Et
nemo poteſt dicere domi
nus iheſus niſi in ſpiritu
ſancto. Diuiſiones vero
gratiarū ſunt: idem autē
ſpirit⁹. Et diuiſiones mi
niſtrationū ſunt: idē aūt
dominus Et diuiſiones
operationum ſunt: idem
vero deus qui operatur om
nia in omnibus. Vnicui
qꝫ autē datur manifeſta
tio ſpiritus ad vtilitatē.
Alij quidem per ſpiritū
datur ſermo ſapiētie. alij
ſermo ſcientie ſcd̄m eūdē
ſpiritū Alteri fides in eo
dem ſpiritu. alij gratia
ſanitatum in vno ſpiri-
tu. Alij operatio virtutū
alij ꝓphetia. alij diſcretio
ſpirituū. alij genera lin-
guarū. alij interpretatio
ſermonū. Hec autem om
nia operatur vnus atqꝫ
idem ſpiritus Diuidens
ſingulis ꝓut vult. Gr.
Cuſtodi me domine ut pupil
lam oculi: ſub umbra alarum
tuarū protege me. v. De vul-
tu tuo iudiciū meum prodeat
oculi tui videāt eqtatē Alle-
luia. v. Eripe me de inimicis
meis de⁹ me⁹: et ab inſurgēti-
b⁹ in me libera me All'a repe
tit. Sine ſeqn̄. S. Lucā.

In illo tpe Cũ appropinq̃ret ihesus hieruſalem: videns ciuitatẽ fleuit ſup illã dicẽs. Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu. Et quidem in hac die tua q̃ ad pacẽ tibi nũc aũt abſcõdita ſũt ab oculis tuis. Quia veniẽt dies in te et circũdabũt te inimici tui vallo: ⁊ circũdabũt te ⁊ coangustabũt te vndiqꝫ: ⁊ ad terrã ꝓſternent te ⁊ filios tuos qui i te ſunt. Et nõ relinquent in te lapidẽ ſup lapidẽ: eo ꝙ nõ cognoueris tẽpus viſitatiõis tue. Et ingreſſus in tẽplũ: cepit eijcere vendẽtes in illo ⁊ emẽtes dicẽs illis. Scriptũ eſt qꝛ domus mea dom' orationis ẽ Vos aũt feciſtis illã ſpelũcã latronũ. Et erat docẽs quotidie in tẽplo. Sine Credo in feria.

Ad te dñe leuaui ani Off. mã meã deus meus in te cõfido nõ erubeſcã neqꝫ irrideant me inimici mei: etenĩ vniuerſi qui te expectant nõ cõfundent

Tibi domine Secreta. ſacrificia dicata reddantur que ſic ad honorẽ nominis tui deferenda tribuiſti: vt eadem remedia fieri noſtra preſtares. P dñm. Prefatio cotidia.

Acceptabis ſacrificiũ Com. um iuſticie oblationes ⁊ holocauſta ſup altare tuũ domine

Queſumus Cõplenda. dñe deus noſter vt quos diuinis reparare nõ deſinis ſacramẽtis: tuis nõ deſtituas benign' auxilijs. P dñm. Bñdicam' do.

Feria. iiij. Ad Corinthi.

Fratres. Nõ omnis caro eadem caro. ſꝫ alia hominum: alia pecorum. alia volucrum. alia autem piſcium. Et corpora celeſtia: et corpora terreſtria. Sed alia q̃dem celeſtiũ gloria. alia autem terreſtrium. Alia claritas ſolis. alia claritas lune alia claritas ſtellarum Stella autem differt a ſtella i claritate: ſic et reſurrectio mortuorũ. Seminatur in corrup-

tiõe:ſurget in icorrupti-
one. Seminat in ignobi
litate:ſurget in glĩa. Se-
minat i infirmitate: ſur-
get in virtute. Seminat
corpus aiale: ſurget cor-
pus ſpũale Si eſt corpus
aiale: ẽ ⁊ ſpũale:ſicut ſcri-
ptũ eſt. Fact⁹ eſt primus
hõ adã in aiam viuentẽ.
nouiſſimus adã in ſpm̃
viuificantẽ. Sed nõ pri-
us qđ ſpũale eſt. ſʒ quod
aiale : deinde qđ ſpũale.
In xp̃o ihesu dño nr̃o.
N illo tpe Scđm Lucã.
Rñdẽs ihs diſcipulis ſu
is dixit. Cũ videritis cir-
cũdari hieruſalẽ ab exer-
citu:tũc ſcitote q: appro-
pinquabit deſolatio ei⁹.
Tũc qui in iudea ſunt fu
giant in mõtes: et qui in
medio eius diſcedãt. Et
qui in regionibus nõ in-
trent in eam: q: dies ulti-
onis hi ſunt: ut implean
tur oia q̃ ſcripta ſunt Ve
aũt pregnãtibus ⁊ nutri
entibus in illis diebus.
Erit eñ preſſura magna
ſup terram: ⁊ ira populo
huic. Et cadẽt in ore gla-
dij: ⁊ captiui ducentur in
oẽs gentes. Et hieruſalẽ
calcabit a gentib⁹ donec
impleant tẽpora natio-
nũ. Et erũt ſigna in ſole ⁊
luna ⁊ ſtellis: et in terris
preſſura gentiũ pre ꝯfuſi
one ſonitus maris ⁊ fluc
tuũ: areſcentib⁹ hoib⁹ pre
timore et expectatiõe:que
ſupueniẽt uniuerſo orbi
Feria. vi. Scđm Lucã.
N illo tpe Dixit ihs diſci
pulis ſuis. Attendite vo
bis ne forte grauent cor-
da vr̃a in crapula ⁊ ebrie
tate ⁊ curis huius vite: et
ſupueniat in vos repẽti-
na dies illa Tanq̃ laque
us eñ ſupueniet in oẽs q̃
ſedent ſup faciẽ ois terre.
Vigilate itaqʒ omni tpe
orantes ut digni habea-
mini fugere iſta oia q̃ uẽ
tura ſunt et ſtare ante fili
um hominis. Dñica. xi.
Seruabit ut ſ dñica. ij.
D fol. clxxvij. notatur
Eus in loco ſancto ſuo

de⁹ qui inhabitare facit vnani
mes in domo ipſe dabit virtu
tem ⁊ fortitudinem plebis ſue
pš Exurgat deus et diſſipen
tur inimici eius: et fugiant qui
oderūt eum a facie eius Gl'a
pri ꝛc. Sine Gl'a in excelſis
O in feria. Collecta.
Mnipotēs ſempiter
ne deus qui habūdantia
pietatis tue ⁊ merita ſup
plicum excedis et vota.
effunde ſuper nos miſeri
cordiam tuam vt dimit
tas que ꝯſcientia metuit
et adijcias qđ oratio nō
preſumit. P dñm. Hic
poſſunt dici plures coll'.
Ad Corinthios.
FRatres. Notum vo
bis facio euangelium qđ
predicaui vobis. qđ et ac
cepiſtis: in quo et ſtatis:
per qđ ⁊ ſaluamini Qua
ratiōe predicauerim vo
bis ſi tenetis niſi fruſtra
credidiſtis. Tradidi eñi
vobis in primis quod ⁊
accepi: qm̄ chriſtus mor
tuus eſt pro peccatis no
ſtris ſcđm ſcripturas Et
quia ſepultus eſt: et quia
reſurrexit tertia die ſcđm
ſcripturas. Et quia vi
ſus ē cephe: et poſt hec vn
decim. Deinde viſus eſt
plus q̄ quingētis fratri
bus ſimul: ex quib⁹ mul
ti manent vſq₃ adhuc q̄
dam autem dormierunt
Deinde viſus eſt iacobo
deinde apoſtolis omni
bus. Nouiſſime autē om
nium tanquam aborti
uo viſus eſt et mihi Ego
enim ſum minimus apo
ſtolorū qui nō ſum dig
nus vocari apl's: qm̄ pſe
cut⁹ ſum eccleſiā dei Gr'a
aūt dei ſum id quod ſum
Et gratia eius in me va
cua non fuit Graduale.
In deo ſperauit cor meum et
adiutus ſum et refloruit caro
mea: et ex volūtate mea confi
tebor illi. ℣ Ad te dñe clama
ui deus meus ne ſileas a me
ne diſcedas a me. Alleluia ℣
Confitemini domino et inuo
cate nomē eius: annūciate in
ter gentes opera eius. All'a
repetitur. Sine ſequētia.

IN.i.t. Dixit Scđm Lu. 18
ihs ad quoſdā q̄ i ſe ɔfide
bāt tanq̄ iuſti: ꝛ aſperna
bātur ceteros: parabolā
iſtā Duo hoīes aſcēderūt
in tēplū ut orarēt. vnus
phariſeus ꝛ alter publica
nus. Phariſeus ſtās hec
apud ſe orabat. Deꝰ gra
tias ago tibi qꝛ nō ſum ſi
cut ceteri hominū Rapto
res: iniuſti: adulteri: ve-
lut etiā hic publicanꝰ Je
iuno bis in ſabbato. deci
mas do omniū que poſſi
deo. Et publicanꝰ alon-
ge ſtans: nolebat nec ocu
los ad celū leuare: ſꝫ pcu-
tiebat pecꝰ ſuū dicēs De
us ꝓpiciꝰ eſto mihi pecca-
tori Amē dico vob: deſcē
dit hic iuſtificatus in do
mū ſuā ab illo Quia oīs
qui ſe exaltat humiliabit
et qui ſe humiliat exalta-
bit. Sine Credo in feria.
Exaltabo te dn̄e qm̄ Off.
ſuſcepiſti me nec delectaſti ini-
micos meos ſuper me dn̄e cla
maui ad te et ſanaſti me Sec.
Reſpice dn̄e q̄s nr̄am ꝓ-
picius ſeruitutē: ut qđ of
ferimꝰ ſit tibi munꝰ accep
tū: ſit noſtre fragilitatis
ſubſidiū. Prefa. cotidia.
Honora dn̄m de tua Com.
ſubſtātia et de primiciis fru-
gū tuarū ut impleant horrea
tua ſaturitate: et vino torcula
ria redūdabūt Cōplenda.
Sentiamꝰ dn̄e q̄s tui ꝑ-
ceptiōe ſacramenti ſubſi-
diū mentis ꝛ corporis: ut
in vtroqꝫ ſaluati celeſtis
remedii plenitudine glo
riemur. P s. Bn̄dicaꝰ dn̄o.
Feria. iiii. Ad Corinth.
FRēs. Neſcitis quo-
niā corpora vr̄a mē
bra ſunt xp̄i. Tollens er
go mēbra xp̄i faciā mem
bra meretricis: abſit An
neſcitis qm̄ qui adheret
meretrici: vnū corpus ef-
ficit. Erūt inqt duo i car
ne vna. Qui aūt adheret
dn̄o vnus ſpiritꝰ eſt. Fu-
gite fornicationem. Om
ne peccatum quodcūqꝫ fe
cerit homo: extra corpus
eſt. qui autem fornicatur
in corpus ſuum peccat.

An neſcitis q̄m membra
veſtra templū eſt ſpūſſcti
qui in vobis eſt: quem ha
betis a deo ⁊ nō eſtis vr̄i.
Empti enī eſtis p̄cio ma-
gno: glorificate ⁊ porta-
te deū in corpore veſtro.
Euāgeliū. Qui nō eſt me
cū. Req. feria. iiij. ante q̄n
quageſimā. fol. xxxix. Fe-
ria. vi. Euāgeliū. Inter-
rogatus ihs a phariſeis
Req. feria. vi. an̄ q̄nq̄geſi
mā. fol. xxxix. Dn̄ica. xij.
Seruabiť vt ſ̄ dn̄ica. ij.
fol. lxxvij. notatum eſt.
Deus in adiutoriū meū
intende: dn̄e ad adiuuā
dū me feſtina: cōfundanť et re
uereanť inimici mei qui que-
runt aīam meā. ps̄ Auertan
tur retrorſū et erubeſcant qui
cogitāt mihi mala. Glā pri ⁊c̄
dicif. Sed Glā in ex. nō dr̄
in feria Collecta.
Omnipotēs ⁊ miſeri-
cors deus: de cuius mu-
nere venit vt tibi a fideli-
bus tuis digne ⁊ lauda-
biliter ſeruiať. tribue no-
bis q̄ſumus: vt ad p̄miſ-
ſiones tuas ſine offenſio
ne curramus P dn̄. Hic
poſſunt dici plures coll.
Fr̄es Ad Corinth.
Fiduciā talē habe-
mus p xp̄m ad deū nō q
ſufficiētes ſimus cogita
re aliq̄d a nobis q̄ſi ex no
bis. ſed ſufficiētia nr̄a ex
deo eſt. Qui et idoneos
nos fecit miniſtros noui
teſtamenti nō lr̄a ſed ſpū
Lr̄a enī occidit: ſpūs aūt
viuificat. Qd̄ ſi miniſtra
tio mortis lr̄is deforma
ta ī lapidib' fuit in glīa
ita vt nō poſſēt filij iſrł in-
tēdere ī faciē moyſi p̄pter
gloriā vult' ei' q̄ euacua-
tur. quō nō magis mini
ſtratio ſpūs erit in glīa.
Nā ſi miniſtratio dāna-
tionis in glīa eſt: multo
magis habūdat miniſte
riū iuſticie in glīa Grad.
Benedicam dn̄m ī omni tp̄e
ſemp laus eius in ore meo. V
In dn̄o laudabiť anima mea
audiāt māſueti ⁊ letenť. Alle
luia. V Paratū cor meū de-
paratū cor meum cantabo et

pſallã ĩ glia mea. Alla repe-
tit. Sine ſeqñ. S. Mar.

In. i. t. Exiẽs ihs de finib⁹
tyri venit p ſydonem ad
mare galilee: inter medi-
os fines decapoleos. Et
adducũt ei ſurdũ ⁊ mutũ
et depcabanť eũ vt impo
nat illi manũ Et apprehẽ
dens eũ de turba ſeorſum
miſit digitos ſuos in au
riculas ei⁹: et expuẽs teti-
git linguã eius ⁊ ſuſpici-
ens ĩ celũ ingemuit et ait
illi. Effeta. qd̃ eſt: adape-
rire. Et ſtatim apte ſunt
aures ei⁹ ⁊ ſolutũ eſt vin-
culũ lingue ei⁹: et loqbať
recte Et pcepit illis ne cui
dicerẽt. Quãto aũt eis p̃-
cipiebat tanto magis pl⁹
p̃dicabãt ⁊ eo ãpli⁹ admi
rabanť dicentes. Bñ oĩa
fecit: ⁊ ſurdos fecit audi-
re: ⁊ mutos loqui. Sine
Credo in feria Offerto.

Precatus eſt moyſes ĩ cõſpec
tu dñi dei ſui et dixit: p̃catus ẽ
moyſes ĩ cõſpectu dñi dei ſui ⁊
dixit: quare dñe iraſceris ĩ po-
pulo tuo: parce ire animi tui
memẽto abraã yſaac et iacob
quibus iuraſti dare terrã fluẽ
tem lac et mel. Et placat⁹ fac-
tus ẽ dñs de malignitate quã
dixit facere pplo ſuo Secre.

Hoſtias q̃s dñe ppici⁹ in
tẽde q̃s ſacris altaribus
exhibem⁹: vt nobis ĩdul-
gẽtiã largiendo: tuo noĩ
dent honorem. Per dñm
Prefa. Cotidia. Com.

De fructu operum tuorũ dñe
ſatiabiť terra: vt educas panẽ
de terra et vinum letificet cor
hoĩs vt exhilaret faciẽ ĩ oleo et
panis cor hominis confirmet
Viuificet nos q̃s Copl.
dñe hui⁹ participatio ſac
ta miſterij: ⁊ pariter nob
expiationẽ tribuat ⁊ mu-
nimẽ. Per d. Bñdicam⁹ dño.
Feria. iiij. Ad Corinth.

Fres. Nõ predicam⁹
noſmetipſos: ſꝫ do
minũ noſtrũ iheſũ xpm.
Nos aũt ſeruos veſtros
p iheſum: qm̃ de⁹ qui di-
xit de tenebris lumẽ ſplẽ
deſcere. qui illuxit in cor-
dibus noſtris ad illumi
nationẽ ſciẽtie claritatis

dei in faciem iheſu chriſti
Habemus aūt theſaurū
iſtū ī vaſis fictilibus: vt
ſublimitas ſit ꝟtutis dei
et non ex nobis. In om-
nibus tribulationē pati
mur ſȝ nō anguſtiamur
Aporiamur: ſed nō deſti
tuimur. Perſecutionē pa
timur: ſed nō derelinqui
mur. Deijcimur: ſed non
perimus. Semper morti
ficationē iheſu in corpo-
re noſtro circūferētes vt
et vita iheſu chriſti in cor
poribus noſtris manife
ſtetur. Scd̄m Matheū.
In illo tꝑe. Tranſeūte ihe
ſu ſecuti ſunt eum duo ce
ci clamantes et dicentes.
Miſerere nr̄i fili dauid.
Cum aūt veniſſet domū
acceſſerunt ad eū ceci: ⁊ di
cit eis iheſus Creditis qꝛ
hoc poſſū facere vobis?
Dicūt ei. Vtiqȝ domine.
Tūc tetigit oculos eorū
dicens. Scd̄m fidem ve-
ſtrā fiat vobis. Et aperti
ſunt oculi eorum. Et cō-
minatus eſt illis iheſus
dicēs. Videte ne quis ſci-
at. Illi autē exeūtes dif-
famauerunt eum in tota
terra illa Egreſſis autē il
lis ecce obtulerunt ei ho-
minem mutū ⁊ demoniū
habentem. Et eiecto de-
monio locutꝰ eſt mutus
et mirate ſunt turbe dicē
tes. Nūq̄ apparuit ſic in
iſrael. Phariſei autem di
cebant. In principe de-
moniorū eijcit demonia
Et circuibat iheſus ciui-
tates om̄es ⁊ caſtella do
cens in ſynagogis eorū:
et p̄dicans euāgeliū reg-
ni. Et curans omnē lan-
guorem ⁊ infirmitatem.
Feria. vi. Scd̄m Math.
In illo tꝑe. Cepit iheſus
exprobrare ciuitatibꝰ in
quibꝰ facte ſunt plurime
virtutes eius: qꝛ non egiſ
ſent penitētiā. Ve tibi co-
rozaim ve tibi bethſaida
Quia ſi ī tyro ⁊ ſydone fa
cte eſſent virtutes q̄ facte
ſūt in voƀ. olim ī cilicio ⁊
cinere penitentiā egiſſent
Verūtamē dico vobis ty

ro ⁊ ſydoni remiſſius erit
in die iudicij ꝙ vobis Et
tu capharnaū: nūqd vſ-
qꝫ i celū exaltaberis. Uſ-
qꝫ i īfernū deſcēdes Quia
ſi in ſodomis facte fuiſ-
ſent virtutes q̄ facte ſūt ī
te: forte māſiſſent vſqꝫ in
hāc diē. Verūtñ dico vo-
bis: qꝛ terre ſodomoꝝ re-
miſſius erit in die iudicij
ꝙ tibi. Dñica. xiij. Ser
uabit ut ſ̄ dñica · ij. fol.
clxxvij. notat. Reſpi
ce dñe in teſtamētū tuū
et aīas paupeꝝ tuorū ne dere
linquas in finē: exurge dñe et
iudica cauſam tuā ⁊ ne obliuiſ
caris voces querentiū te. pſ
Ut quid deus repuliſti in finē
iratus eſt furor tuus ſuꝑ oues
paſcue tue. Glīa pri ⁊c. dr Si
ne Glīa in ex. ī feria. Colt.
Omnipotēs ſempiter
ne deus. da nobis fi
dei ſpei ⁊ charitatis aug-
mētū: ⁊ ut mereamur aſſe
qui qđ ꝓmittis: fac nos
amare qđ ꝓ̄cipis P dñm
Hic poſſunt dici plures
collecte. Ad Galathas.

Fratres. Abrahe dicte
ſunt ꝓmiſſiōes: ⁊ ſe-
mini eius. Non dicit ⁊ ſe-
minibꝰ q̄ſi in multis. ſed
q̄ſi in uno: ⁊ ſemini tuo q̄
eſt xp̄s. Hoc autē dico te-
ſtamētū ↄfirmatū a deo
q̄ poſt q̄dringentos ⁊ tri
ginta annos facta eſt. lex
nō irritū facit ad euacuā
dā ꝓmiſſionē. nā ſi ex le-
ge hereditas: iā nō ex pro
miſſiōe. Abrahe aūt ꝑ re
promiſſionē donauit de
us. Quid igit. Lex ꝓpter
tranſgreſſionē poſita eſt
donec veniret ſemē cui ꝓ-
miſerat ordinata ꝑ ange
los in manu mediatoris
Mediator aūt vnius nō eſt
deus aūt vnus eſt. Lex er
go aduerſus ꝓmiſſa dei.
Abſit. Si enim data eſſꝫ
lex q̄ poſſet viuificare: ue
re ex lege eſſet iuſtitia. Sꝫ
ↄcluſit ſcriptura oīa ſub
peccato ut ꝓmiſſio ex fi-
de ihū xp̄i daret credētibꝰ
Reſpice dñe in teſta Grad.
mentū tuū et aīas pauperum
tuorū ne obliuiſcaris in finem

℣ Exurge dñe et iudica cauſã
tuã memor eſto obprobrii ſer
uorũ tuorũ. Alla. ℣ Lauda
te pueri dñm laudate nomen
dñi. ℣ Sit nomẽ dñi benedic
tũ ex hoc nũc ⁊ uſqꝫ in ſeculum
Alla repetit. Sine ſeqñ.
In.i.t.D.i.d.ſ. S. Lucã.
Beati oculi qui vident q̃
vos videtis. Dico enĩ vo
bis ꝙ multi ꝓphe et reges
voluerũt videre q̃ vos vi
detis: ⁊ nõ viderũt. et au-
dire q̃ auditis et nõ audi
erũt Et ecce quidã legiſpe
ritus ſurrexit tẽptãs illũ
et dicẽs. Magiſter quid
faciẽdo vitã eternã poſſi
debo? At ille dixit ad illũ
In lege quid ſcriptũ eſt?
Quõ legis? Ille reſpon
dens dixit Diliges dñm
deũ tuũ ex toto corde tuo
et ex tota aĩa tua: et ex oĩ-
bus viribus tuis: ⁊ ex oĩ
mẽte tua. ⁊ ꝓximũ tuũ ſi-
cut teipſum. Dixitqꝫ illi
Recte reſpõdiſti. Hoc fac
et viues Ille aũt volens
iuſtificare ſeipſum dixit
ad ihm Et q̃s eſt meꝰ ꝓxi
mus? Suſpiciẽs aũt ihs
dixit. Hõ quidã deſcẽde-
bat ab hieruſalẽ in hieri-
cho: ⁊ incidit in latrones
Qui etiã deſpoliauerũt
eum: et plagis impoſitis
abierũt ſemiuiuo relicto
Accidit autẽ vt ſacerdos
quidã deſcẽderet eadẽ via
et viſo illo preteriit. Silr̃-
ter ⁊ leuita: cũ eſſꝫ ſecus lo
cum et videret eũ ꝑtrãſijt
Samaritanus autẽ q̃dã
iter faciẽs venit ſecus eũ:
et vidẽs eũ miſericordia
motus eſt. Et appropiãs
alligauit vulnera eiꝰ in-
fundẽs oleũ ⁊ vinũ. ⁊ im-
ponẽs illũ in iumẽtũ ſu-
um: duxit in ſtabulum: ⁊
curã eius egit. Et altera
die protulit duos denari
os: et dedit ſtabulario: et
ait. Curam illius habe: ⁊
q̃dcũqꝫ ſupererogaueris
ego cũ rediero reddã tibi
Quis horũ triũ videt̃ ti-
bi ꝓximus fuiſſe illi q̃ in
cidit in latrones? At ille
dixit. Qui fecit miſericor
diam in illum. Et ait illi

iheſus. vade ⁊ tu fac ſimi
liter. Sine Credo in feria
In te ſperaui dñe dixi Off.
tu es deus meus in manibus
tuis tēpora mea. Secreta.
Propiciare dñe p̄cibus
populi tui. ꝓpiciare mu-
neribus. ut hac oblatiōe
placatus: et indulgentiā
noƀ tribuas ⁊ poſtulata
ꝯcedas. P d. Prefa. cotid.
Panem de celo de- Cōmu.
diſti nobis dñe habētē omne
delectamentū et omnē ſaporē
ſuauitatis Complenda.
Sumptis dñe celeſtibus
ſacramentis ad redēptio
nis eterne q̄ſumus ꝓfici-
amus augmentū. P do.
Bñdicam⁹ dño Feria. iiij.

Ad Corinthios.

Fratres. Scim⁹ qm̄
ſi terreſtris dom⁹ noſtra
huius habitationis diſ-
ſoluat᷑ q̄ edificationē ex
deo habemus domū nō
manufactā ſed eternā in
celis. Nam et in hoc inge
miſcim⁹ habitationē no
ſtram que de celo eſt ſup-
indui cupientes: ſi tamē
veſtiti et non nudi inue-
niamur. Nā et qui ſum⁹
in hoc tabernaculo inge-
miſcimus grauati: eo q̄
nolumus expoliari ſ; ſu
pueſtiri: ut abſorbeatur
qđ mortale ē a vita. Qui
aūt efficit nos in hoc ip-
ſum de⁹ qui dedit nobis
pignus ſpūs. Audentes
igit᷑ ſemꝑ ⁊ ſciētes qm̄ dū
ſumus ī corpore peregri
namur a deo. Per fidem
enī ambulam⁹ ⁊ nō ꝑ ſpe
ciē. Audem⁹ autē ⁊ bonā
volūtatē habem⁹ magis
peregrinari a corpore et
p̄ſētes eſſe ad deū Et ideo
ꝯtendimus ſiue abſentes
ſiue preſentes placere illi
Oēs enī nos manifeſta-
ri oportet ante tribunal
xp̄i ut referat unuſq̄ſq; ꝓ
pria corporis ꝓut geſſit
ſiue bonū ſiue malū. Sci
entes ergo timorem dñi
hoīb⁹ ſuadem⁹: deo autē
manifeſti ſumus Spero
enī ⁊ in ꝯſcientijs veſtris
manifeſtos nos eſſe. Per
iheſum xp̄m dñm noſtꝝ.

In illo tpe S. Matheū.
Abeūtes phariſei ɔciliū
fecerūt aduerſus iheſum
quomodo eū ꝑderēt Ihe
ſus aūt ſciens receſſit in-
de: et ſecuti ſunt eū multi:
et curauit eos oēs Et pre
cepit eis ne manifeſtū eū
facerēt: ut adimpleretur
qđ dictū eſt ꝑ eſaiā ꝓphe-
tam dicētē. Ecce puer me
us quē elegi: dilectus me
us in quo bene cōplacuit
anime mee Ponā ſpiritū
meū ſup eū: ⁊ iudiciū gen
tibus annūciabit. Nō cō
tendet neqȝ clamabit ne-
qȝ audiet aliquis in pla-
teis vocē eius Arundinē
quaſſatā nō ɔfringet ⁊ li
nū fumigans non extin-
guet donec eijciat ad vic
toriā iudiciū. Et in noīe
eius gentes ſperabūt. Fe
ria. vi. Scđm Lucam
In illo tpe. Dū iret ihs ꝑ
ciuitates ⁊ caſtella docēs
et iter faciēs in hieruſalē
ait illi quidā. Dñe ſi pau
ci ſunt qui ſaluant᷑. Ihe
ſus autem dixit ad illos
Contēdite intrare per an
guſtā portā q: dico vo-
bis. Multi querēt intra-
re et nō poterunt. Cū aūt
īrrauerit paterfamilias ⁊
clauſerit oſtiū: incipietis
foris ſtare ⁊ pulſare oſti
um dicentes. Dñe aperi
nobis. Et reſpōdēs dicet
vobis. Neſcio vos unde
ſitis. Tūc incipietis dice-
re. Mādūcauimus et bi-
bimus corā te: ⁊ in plate-
is noſtris docuiſti. Et di
cet voƀ. Neſcio vos unde
ſitis: diſcedite a me oīes
operarij iniquitatis ī ig
nē eternū: ibi erit fletus et
ſtridor dentiū. Cū aūt vi
deritis abrahā ⁊ yſaac ⁊
iacob ⁊ oīes ꝓphetas in
regno dei: vos autē expel
li foras. Et venient ab ori
ente ⁊ occidente ⁊ aquilo-
ne ⁊ auſtro: ⁊ accūbent in
regno dei Et ecce ſunt no
uiſſimi qui erant primi
et ſunt primi qui erāt no
uiſſimi. Dñica. xiiij. Ser
uabitur ut ſup̄ dñica. ij.
fol. clxxvij. notatum eſt.

PRotector noſter aſpice
deus ⁊ reſpice in faciem
chriſti tui. quia melior eſt dies
una i atriis tuis ſup milia. pſ
Quã dilecta tabernacula tua
dñe uirtutũ cõcupiſcit et defi-
cit aia mea in atria dñi Gl'a
pri ⁊c. Or. Sine Gl'a in excel.

iiii feria Collecta.

CUſtodi dñe q̃ſumus
eccleſiã tuã ꝓpiciatiõe per
petua: ⁊ qꝫ ſine te labitur
humana mortalitas tu-
is ſemp auxiliis ⁊ abſtra
hat a noxiis et ad ſaluta
ria dirigat. P dñm. Hic
poſſunt dici plures coll'.

Frẽs Ad Galathas 5

Spiritu ambulate
et deſideria carnis nõ pfi
cietis. Caro eñ ꝯcupiſcit
aduerſus ſpiritum: ſpũs
aũt aduerſus carnẽ. Hec
eñ ſibi inuicẽ aduerſant
ut nõ quecũqꝫ uultis illa
faciatis. Qd ſi ſpũ duci-
mini non eſtis ſub lege.
Manifeſta ſunt aũt ope
ra carnis que ſunt. For-
nicatio. imũdicia. luxu-
ria. idolorũ ſeruitus. ue-
neficia. inimicitie. cõten-
tiones. emulationes. ire.
rixe. diſſentiões. ſecte: in-
uidie: homicidia: ebrieta
tes. cõmeſatiões. ⁊ his ſi-
milia: q̃ predico uobis ſi
cut predixi. Quoniã qui
talia agũt regnũ dei nõ
cõſequent. Fructus autẽ
ſpiritus ẽ: charitas: gau
dium: pax: patientia. lõ-
ganimitas: bonitas: be-
nignitas: manſuetudo:
fides: modeſtia: cõtinen-
tia: caſtitas: aduerſus hu
iuſmodi non eſt lex. Qui
aũt ſunt chriſti: carnẽ ſu-
am crucifixerũt cũ uiciis
et cõcupiſcentiis. Grad.
Bonũ eſt confidere in dño q̃
confidere in homine. V Bo-
num eſt ſperare in dño q̃ ſpe-
rare in principibus. Alleluia
V Qui timent dñm ſperẽt in
eũ adiutor ⁊ protector eoꝝ eſt
Alla. repetit. Sine ſeqñ.

In illo tpe Scdm Lucã. 17

Dũ iret iheſus in hieruſa
lẽ trãſibat p mediã ſama
riã ⁊ galileã. Et dum in-
grederet quoddã caſtel-

lum occurrerũt ei decẽ vi-
ri leproſi. Qui ſteterũt a
longe ⁊ leuauerũt vocem
dicẽtes. Jheſu preceptor
miſerere noſtri Quos vt
vidit dixit. Jte oſtendite
vos ſacerdotibus. Et fac
tũ eſt dũ irẽt mũdati ſũt.
Vnus autẽ ex illis vt vi-
dit qꝛ mũdat⁹ eſt: regreſ-
ſus eſt cum magna voce
magnificãs deũ. Et ceci-
dit in faciẽ ante pedes ei⁹
grãs agẽs. Et hic erat ſa
maritanus. Rñdẽs autẽ
ihs dixit. Nõne decẽ mũ-
dati ſũt: ⁊ nouẽ vbi ſunt?
Nõ eſt inuẽt⁹ qui rediret
et daret gloriam deo niſi
hic alienigena. Et ait illi
Surge vade: qꝛ fides tua
te saluũ fecit. Sine Credo
in feria. Offertorium.
Jmmittet angelus dñi i circu
itu timẽtiũ eũ ⁊ eripiet eos: gu
ſtate ⁊ videte qm̃ ſuauis ẽ dñs
Concede nobis Secre.
q̃ſum⁹ dñe: vt hec hoſtia
ſalutaris et noſtroꝝ fiat
purgatio delictoꝝ: ⁊ tue
ꝓpiciatio pietatis. P. do.

Prefatio cotidia. Com.
Panis quem ego dedero ca-
ro mea ẽ ꝓ ſeculi vita. Cõpl.
Purificẽt ſemper ⁊ muni
ant tua ſacramenta nos
de⁹: ⁊ ad ꝑpetue ducãt ſal
uationis effectũ. P. d. Bñ
dicam dño Feria.iiij. Ad
Rñẽs Ño Corinth.
Nolite iugũ ducere cũ i
fidelibus. Que eñ parti
cipatio iuſticie cũ iniq̃ta
te: aut q̃ ſocietas luci ad
tenebras: q̃ ãt ꝯuẽtio xp̃i
ad belial? Aut q̃ pars fi
deli cũ infideli? Quis au
tẽ cõſenſus templo dei cũ
idolis? Vos eñ eſtis tẽ-
plũ dei viui ſicut dicit do
minus Qm̃ inhabitabo
in illis ⁊ inambulabo: et
ero illoꝝ de⁹: et ipſi erunt
mihi ppl̃s Propter qđ ex-
ite de medio eorũ: ⁊ ſepa-
ramini dicit dñs: et imũ
dũ ne tetigeritis. Et ego
recipiã vos et ero vob̃ in
patrẽ. et vos eritis michi
i filios ⁊ filias dicit dñs
oĩpotẽs. Has igiť habẽ-
tes ꝓmiſſiões chariſſimi

mūdemus nos ab oī in-
q̄namēto carnis et ſpūs
perficientes ſanctificatio
nē ī timore dei. in xp̄o ihe
ſu dño nr̄o. Euāgelium
Intrioiuit ihs hieroſoli.
Req. ſexta feria dñica. iij.
poſt pentħ. fo. clxxx. Euā
geliū Uenit ad ihm lep.
Req. dñica. ij. in. xl. fo. lv.
Dñica. xv. Seruabit vt
ſ̄ dñica. ij. fol. clxxvij. no
Inclina dñe aurē tuā tatū eſt
ad me et exaudi me ſaluū fac
ſeruū tuū deus meus ſperātē
in te miſerere mihi dñe qm̄ ad
te clamaui tota die. pſ̄ Leti-
fica animā ſerui tui: qm̄ ad te
dñe aīam meam leuaui Gl'a
pri ꝛc̄ Or. Sine Gl'a in ex. in
Eccleſiā Coll'. feria
tuā dñe miſeratio cō
tinuata mūdet ꝛ muniat
et qꝛ ſine te non poteſt ſal
ua ꝯſiſtere tuo ſemp̄ mu
nere guberneꝰ. P do. Hic
poſſunt dici plures coll'.
Fr̄es Ad Galathas
Si viuim⁹ ſpiritu:
ſpiritu et ambulem⁹. Nō
efficiamur inanis glorie
cupidi. inuicē p̄uocātes:
inuicem inuidentes. Fra
tres ꝛ ſi p̄occupatus fue-
rit hō in aliquo delicto:
vos q̄ ſpiritales eſtis hu
iuſmodi inſtruite in ſpū
lenitatis. Conſiderās te
ipſum ne et tu tempteris.
Alter alterius onera por
tate: ꝛ ſic adimplebitis le
gem chriſti Nam ſi quis
exiſtimat ſe aliq̄d eſſe cū
nichil ſit: ipſe ſe ſeducit.
Opus autem ſuū probet
vnuſquiſqꝫ: ꝛ ſic in ſemet
ipſo tantū gloriā habe-
bit: ꝛ nō in altero. Unuſ-
quiſqꝫ eñ onus ſuū por
tabit. Cōmunicet aūt is
qui cathezizaꝰ verbo: ei q̄
cathezizat ſe in oībus bo
nis. Nolite errare de⁹ nō
irridetur. Que eñ ſemi-
nauerit homo: hec ꝛ me-
tet. Quoniā qui ſeminat
ī carne ſua: de carne ꝛ me-
tet corruptionē. Qui aūt
ſeminat in ſpū: de ſpū me
tet vitā eternā. Bonū au
tem facientes non defici-
amus tēpore eñ ſuo me-

temus nō deficientes. Er
go dū tēpus habemus:
operemur bonū ad om-
nes. Maxime aūt ad do-
mesticos fidei Gradua.
Bonū est cōfiteri dn̄o et psal
lere nomini tuo altiſſime. V.
Ad annūciādū mane miseri-
cordiā tuā ⁊ ueritatē tuā p̱ no
ctem. All'a. V Laudate do-
minū oēs gentes ⁊ collauda-
te eū oēs ppl'i. All'a repetit'
Sine seqn̄. Scd'm Math
N. i. t. D. i. d. ſ. Nemo po-
teſt duobus dn̄is ſeruire
Aut eni̅ unū odio habe-
bit ⁊ alterum diliget: aut
unū ſuſtinebit ⁊ alteꝝ cō-
tēnet. Non poteſtis deo
ſeruire ⁊ māmone. Ideo
dico vobis Ne ſolliciti ſi
tis aīe vr̄e quid māduce-
tis: neq; corpori vr̄o q̄d
īduamini. Nōne aīa pl'
eſt q̄ eſca et corp' plus q̄
veſtimētū. Reſpicite vo-
latilia celi: qm̄ nō ſerunt
neq; metūt neq; ꝯgregāt
in horrea: ⁊ pater veſter ce
leſtis paſcit illa. Nonne
vos magis pluris eſtis

illis. Quis aūt veſtꝝ co-
gitās poteſt adiicere ad
ſtaturā ſuā cubitū unū.
Et de veſtimento q̄d ſol-
liciti eſtis. Cōſiderate li-
lia agri q̄ūo creſcūt nō la
borant neq; nent. Dico
autē vobis: qm̄ nec ſalo-
mon in oī gloria ſua co-
opertus eſt ſicut unū ex-
iſtis Si aūt fenū agri q̄d
hodie eſt et cras in cliba-
nū mittit' deus ſic veſtit:
q̄tomagis vos minime
fidei. Nolite ergo ſollici
ti eſſe dicētes: q̄d mandu
cabimus aut q̄d bibem'
aut quo operiemur. Hec
eni̅ oīa gentes inquirūt
Scit enim pater veſter q:
his oībus īdigetis Que
rite aūt primū regnū dei
et iuſticiā eius: et hec oīa
adiicientur vobis. Sine
Credo in feria Offerto.
Expectans expectaui dn̄m ⁊
reſpexit me ⁊ exaudiuit dep̄ca
tionē meā et īmiſit in os meū
canticū nouū hymnū deo nr̄o
Qua nos dn̄e ſa Secre.
cramēta cuſtodiāt ⁊ ꝯtra

diabolicos tueant̄ ſemꝑ
icurſus. P̄ d. Offer̄a. coti.
Qui mādūcat carnē Com̄.
meā ⁊ bibit ſanguinē meū in
me manet ⁊ ego ī eo dicit dn̄s.
Mentes n̄ras Cōplēda
et corpora poſſideat q̄ſu
m⁹ dn̄e doni celeſtis ope-
ratio: ut nō n̄r ſenſus in
nob̄: ſed iugiter ei⁹ ꝑueni
at effect⁹. P̄ d. B̄n̄di. dn̄o.

Feria. iiij. Ad Coloſſen̄.

Fratres. Gr̄ās aga-
mus deo q̄ dignos
nos fecit in parte ſortis
ſanctoꝝ in lumine: q̄ eri-
puit nos de poteſtate te-
nebrarū: ⁊ trāſtulit ī reg-
nū filij dilectionis ſue in
quo habemus redempti
onē ꝑ ſanguinē eius in re
miſſionē peccatoꝝ. qui ē
imago dei īuiſibilis pri-
mogenitus oīs creature
qꝛ in ipſo ꝯdita ſunt uni
uerſa in celis ⁊ in terra: vi
ſibilia et inuiſibilia. ſiue
throni ſiue dn̄ationes: ſi
ue principatus: ſiue po-
teſtates Omnia ꝑ ipſum
et in ipſo creata ſunt: ⁊ ip
ſe eſt ante oēs: et om̄ia in
ipſo ꝯſtant. Et ipſe eſt ca
put corporis eccleſie qui
eſt principiū primogeni
tus ex mortuis: ut ſit ī oī
bus ipſe principatum te
nēs Jheſus xp̄s dn̄s n̄r.
A. i. t. Scd̄m Matheū.

Dixit ih̄s diſ. ſuis. Audi
ſtis qꝛ dictū eſt antiquis
Nō ꝑiurabis: reddes au
tem dn̄o iuramenta tua.
Ego aūt dico vobis: nō
iurare oīno: neqꝫ ꝑ celum
qꝛ thron⁹ dei eſt. neqꝫ per
terrā. qꝛ ſcabellū pedū ei⁹
eſt. Neqꝫ ꝑ hieroſolymā:
qꝛ ciuitas magni regis ē
Neqꝫ ꝑ caput tuū iuraue
ris: qꝛ nō potes unum ca
pillū albū facere aut ni-
grū Sit aūt ſermo veſter
eſt eſt: non nō Qd̄ autem
his habūdātius ē: a ma-
lo eſt. Audiſtis qꝛ dictū ē
oculū pro oculo. dentē ꝑ
dente. Ego aūt dico vob̄
non reſiſtere malo. Sed
ſi quis te ꝑcuſſerit in dex-
teram maxillam: prebe ⁊
alteram. Et ei qui vult te-

cum iudicio contendere ⁊
tunicā tuā tollere: dimit
te ei et pallium. Et quicū
q; te angariauerit mille
paſſus: uade cū illo alia
duo. q̄ petit a te da ei. Et
uolenti mutuari a te: ne
auertaris Feria. vi.

In illo tpe Scd̄m Lucā.
Factū eſt in una dierȝ do
cente iheſu pp̄l'm in tēplo
et euāgelizante: ꝯuenerūt
principes ſacerdotum et
ſcribe cū ſeniorib᷑: ⁊ aiūt
dicentes ad illū. Dic no-
bis in qua poteſtate hec
facis. aut quis eſt qui de-
dit tibi hāc poteſtatē? Re
ſpōdēs aūt iheſus dixit
ad illos. Interrogabo
uos et ego unū verbū: re-
ſpōdete mihi. Baptiſmū
iohannis de celo erat an
ex hoībus? At illi cogi-
tabant intra ſe dicentes.
Quia ſi dixerim᷑ de celo:
dicet. Quare ergo nō cre-
ditis illi? Si aūt dixeri-
mus ex hoīb᷑: plebs uni
uerſa lapidabit nos Cer
ti ſūt eī̄ iohannē pphetā
eſſe Et reſponderūt ſe ne-
ſcire unde eſſet. Et ih̄s ait
illis. Neq; ego dico uob̄
i qua poteſtate hec facio

Dñica. xvi. Seruabit ut
s̄ dñica. ij. fol. clxxvij. no

Miſerere michi dñe taſ.
qm̄ ad te clamaui tota
die: quia tu dñe ſuauis ac mi-
tis es ⁊ copioſus in miſericor-
dia oīb᷑ inuocātib᷑ te. ps̄ In
clina dñe aurē tuam et exaudi
me qm̄ inops et pauper ſum
ego. Gl'a pri ⁊c dicit. Sine
Gl'a in ex. in feria Coll.

Tua nos dñe q̄s gr̄a
ſemp ⁊ p̄ueniat ⁊ ſeq̄-
tur ac bonis opib᷑ iugi-
ter p̄ſtet eſſe intētos. P d̄.
Hic poſſunt dici plures
collecte Ad Epheſios.

Frēs. Obſecro uos
ne deficiatis in tri-
bulationibus meis pro
uobis que eſt gloria ve-
ſtra Huius rei gratia flec
to genua mea ad patrem
domini noſtri iheſu xp̄i.
ex quo om̄is paternitas
in celo et in terra nomi-
natur: ut det uobis ſcd̄m

diuitias glorie ſue virtu
tem corroborari p ſpiri-
tū ei⁹ in interiori hoīe ha
bitare xp̄m p fidē in cor-
dibus veſtris In chari-
tate radicati ⁊ fūdati: vt
poſſitis ꝯprehēdere cum
oībus ſanctis que ſit lati
tudo. lōgitudo. ſublimi
tas et pfundū. Scire etiā
ſupeminētē ſciētie chari-
tatē xp̄i: vt impleamini ī
omnē plenitudinem dei
Ei aūt qui poteſt oīa fa-
cere ſupabūdanter q̄ pe-
timus aut intelligimus
ſcd̄m virtutē q̄ operaī in
nobis. ipſi gloria in ec-
cleſia ⁊ in xp̄o iħu in oēs
generationes ſeculi ſecu-
lorum amen Graduale
Timebūt gentes nomē tuū
dn̄e ⁊ oēs reges terre gloriam
tuā. ℣ Qm̄ edificauit dn̄s ſy
on et videbiī in maieſtate ſua
Alla ℣ Letatus ſum in his
que dicta ſūt mihi in domum
dn̄i ibimus. ℣ Stātes erant
pedes noſtri in atriis tuis hie
ruſalē. Alla repetiī Sine
ſequeñ. Euāgeliū Ibat
iheſus in ciuitatē q̄ voca
tur naym. Reqre feria. v.
poſt letare. fo. lxxx. Sine
Credo in feria. Offerto.
Dn̄e ī auxiliū meū reſpice cō
fundanī et reuereanī qui que
rūt aīam meā vt auferant eā.
Munda nos dn̄e Secre.
ſacrificij preſentis effectu
et pfice miſeratus in no-
bis: vt ei⁹ mereamur eſſe
participes. P dn̄m. Pre-
fatio cotidiana Com.
Domine memorabor iuſticie
tue ſolius deus docuiſti me a
iuuētute mea ⁊ vſq; in ſenectā
⁊ ſeniū de⁹ ne derelinquas me
Purifica dn̄e Cōpleñ.
queſum⁹ mētes noſtras
benignus: ⁊ renoua cele-
ſtibus ſacramētis: vt cō-
ſequēter ⁊ corporū pſens
pariter ⁊ futurū capiam⁹
auxiliū. P do. Bn̄di. dn̄o.
Feria. iiij. Ad Coloſſeñ.
Fr̄es Videte ne quis
vos decipiat p phi-
loſophiā et inanē fallaci
am ſcd̄m traditionē ho-
minū ſcd̄m elementa mū
di: et non ſcd̄m chriſtum

q̄ in ipſo habitat oīs ple
nitudo diuinitatis cor-
poraliter: ⁊ eſtis in illo re
pleti q̄ eſt caput oīs prin-
cipat⁹ ⁊ poteſtatis. In q̄
et circūciſi eſtis circūciſio
ne nō manufacta in expo
liatiōe corporis carnis.
ſed in circūciſione xp̄i cō-
ſepulti ei in baptiſmo in
quo ⁊ reſurrexiſtis p̄ fidē
operatiōis dei: qui ſuſci-
tauit illū a mortuis. Et
vos cū mortui eſſetis ī de
lictis et prepucio carnis
vr̄e: cōuiuificauit cū illo
donās vobis oīa delicta
P̄ ihm̄ xp̄m dn̄m noſtrū
In.i.t. Ve Scd̄m Marcū
nit ih̄s bethſaidā: ⁊ addu
cūt ei cecū: ⁊ rogabant eū
vt illū tangeret. Et appre
hēſa manu ceci eduxit eū
extra vicū. ⁊ expuēs ī ocu
los eius impoſitis mani
bus ſuis iterrogauit eū
ſi aliquid videret Et aſpi
ciens ait Video hoīes ve
lut arbores ambulātes.
Deinde iterꝝ ipoſuit ma-
nus ſup̄ oculos eius: ⁊ re
pit videre. Et reſtitut⁹ eſt
ita vt videret clare oīa
Et miſit illū in domū ſu
am dicēs Vade in domū
tuā: et ſi in vicū itroieris
nemini dixeris Feria. vi.
In illo tp̄e. Di S. Lucā.
cebat ih̄s turbis iudeoꝝ.
Ve vobis q̄ edificatis mo-
numēta ꝓphetaꝝ: patres
autē vr̄i occiderūt illos.
Profecto teſtificamini q̄
cōſentitis operib⁹ patrū
vr̄oꝝ. Qm̄ q̄dē ipi eos oc
ciderūt: vos autē edifica
tis eorū ſepulcra. Prop-
terea ⁊ ſapiētia dei dixit.
Mittam ad illos ꝓphe-
tas et apoſtolos: et ex il-
lis occident et perſequen
tur vt inquirat ſanguis
omniū prophetarū qui
effuſus eſt a conſtitutio-
ne mundi a generatione
iſta A ſanguine abel iu
ſti vſqꝫ ad ſanguinem za
charie: qui periit inter al
tare et edem. Ita dico vo
bis: requiretur ab hac ge
neratione. Ve vobis le-
giſperitis. quia tuliſtis

claueꝫ ſcientie. Ipſi nõ in-
troiſtis. ⁊ eos qui introi-
bant ꝓhibuiſtis. Cũ hec
ad illos diceret: ceperunt
phariſei ⁊ legiſperiti gra
uiter inſiſtere ⁊ os eiꝰ op-
primere de multis inſidi
antes ei. Et q̃rentes cape
re aliq̃d ex ore eius ut ac-
cuſarent eũ Dñica. xvij.
Seruabit ut ſ dñica. ij.
folio. clxxvij. notatũ eſt.
IUſtus es dñe et rectũ iudiciũ
tuũ fac cũ ſeruo tuo ſcdm mi-
ſericordiã tuã. ps Beati im
maculati in uia qui ambulant
in lege dñi. G la pri ⁊c vr. Si
ne Gl'a in ex. i feria. Coll.
DA q̃ſumus dñe po-
pulo tuo diabolica
uitare ꝯtagia: et te ſolum
deum pura mente ſectari
P d. Hic pñt dici plures
collecte. Ad Epheſios.
FRẽs Obſecro uos
ego uinctus i dño
ut digne ambuletis uo-
catione qua uocati eſtis:
cum omni humilitate et
manſuetudine: cum pati
entia ſupportantes inui-
cem in charitate ſolliciti
ſeruare unitateꝫ ſpiritus
in uinculo pacis unũ cor
pus et unus ſpiritꝰ: ſicut
uocati eſtis i una ſpe uo-
cationis veſtre Unꝰ dñs
una fides: unũ baptiſma
unus deus ⁊ pater omni
um qui eſt ſup oẽs et per
oĩa et in oĩbꝰ nobis Qui
eſt benedictus in ſecula ſe
culorum amen. Grad.
Beata gens cuius eſt dñs de
us eius populus queꝫ elegit do
minus in hereditatem ſibi. V
Verbo dñi celi firmati ſunt et
ſpũ oris eius omnis virtꝰ eoꝝ
A lla. V Qui cõfidũt in dño
ſicut mons ſion nõ cõmouebi
tur ineternum qui habitat in
hieruſaleꝫ. A lla repetit. Si
ne ſequeñ. Scdm Lucã
IN. i. t. Cũ intraret ihs in
domũ cuiuſdã principis
phariſeoꝝ ſabbato man
ducare paneꝫ: ⁊ ipſi obſer-
uabãt eũ. Et ecce hõ q̃dã
hydropicus erat ante il-
lum. Et reſpondens ihe-
ſus dixit ad legiſperitos
et phariſeos diceñs. Si li-

cet ſabbato curare. At il
li tacuerũt. Ipſe vero ap
prehẽſũ ſanauit eũ ac di-
miſit. Et reſpõdẽs ad il-
los dixit. Cuiꝰ veſtꝝ aſi-
nus aut bos in puteũ ca-
det: ⁊ nõ ꝯtinuo extrahet
illũ die ſabbati. Et non
poterãt ad hec rñdere illi
Dicebat autẽ ⁊ ad inuita
tos parabolã. intendẽs
q̃uo primos accubitꝰ eli-
gerẽt: dicẽs ad illos. Cũ i
uitatus fueris ad nupci
as nõ diſcũbas in primo
loco: ne forte honoratioꝛ
te ſit inuitatꝰ ab eo. Et ve
niẽs is q̇ te ⁊ illũ vocauit
dicat tibi Da huic locũ ⁊
tũc icipias cũ rubore no-
uiſſimũ locũ tenere. Sed
cũ vocatꝰ fueris: vade ⁊ re
cũbe i nouiſſimo loco: vt
cũ venerit q̇ te iuitauit di
cat tibi. Amice aſcẽde ſu-
periꝰ Tũc erit tibi glĩa co
ram ſimul diſcũbẽtibus
Quia oĩs q̇ ſe exaltat hu-
miliabit. ⁊ q̇ ſe hũiliat ex-
altabit. Sine Credo i fer.
Oraui deũ meũ ego da Off.
niel dicẽs: exaudi dñe p̃ces ſer
ui tui illumina faciẽ tuã ſuper
ſãctuariũ tuũ ⁊ ꝓpiciꝰ intende
pplm̃ iſtũ ſup̱ quẽ inuocatũ ẽ
nomen tuum deus Secreta
Maieſtatẽ tuã dñe ſup-
pliciter dep̃camur: vt hec
ſctã q̃ gerimꝰ: ⁊ a p̃teritis
nos delictis exuãt ⁊ futu
ris. P Prefa. coti. Com.
Vouete ⁊ reddite dño deo ve
ſtro oẽs qui in circuitu eius af
fertis munera terribili: et ei q̃
aufert ſpũm principũ terribi-
li apud oẽs reges terre Cõpl.
Sanctificatiõib' tuis oĩ
potẽs deꝰ: ⁊ vicia nr̃a cu-
rent et remedia nob eter-
na ꝑueniant. P d. Bñdi-
camus dño. Feria. iiij. q̃-
tuor tẽpoꝝ. Nota ꝙ offi-
cia ſequẽtia ſunt de qua-
tuor tp̃ibꝰ que occurrũt
poſt feſtũ exaltationĩ. ſan
cte crucis Et quãq̃ hic po
nunt poſt dñicã. xvij. tñ
aliquãdo ſeruentur ante
aliquando poſt dñicam
p̃dictam ſcd̃m temporis
exigentiam Feria autem
iiij. quatuor temporum

ſi nõ fuerit feſtũ nouẽ lec-
tionũ ad miſſã ſeruabiť
officiũ Exultate ꝑ totũ
vt ſequiť. Si vero fuerit
feſtũ. ix. l. tũc officiũ miſ-
ſe diceť de illo feſto cũ ſuf
fragio. ſcꝫ Coll. q̃ habeť
ante Epłam. Secreta et
Cõpleñ. diei q̃tuor tẽpo-
rũ. Sic ꝓportionabiliter
fiet ſexta ꝛ ſabbati ferijs
iiij. tpm ſequeñ. ſi in eiſ-
dẽ occurrerit feſtum. ix. l.
Exultate deo adiutori no
ſtro iubilate deo iacob:
ſumite pſalmũ iocũdũ cum cy
thara canite initiũ mẽſis tuba
quia preceptũ in iſrael eſt ꝛ iu
diciũ deo iacob. pš Buccina
te in neomenia tuba in inſig-
ni die ſolẽnitatis veſtre. Gła
patri Exultate ꝛc. ℣. Sine
Gła in ex. et ſine Dñs vo. Di
ciť verſus altare Orem⁹.
Flectam⁹ ge. Le. Collec.
Miſericordie tue re-
medijs q̃ſumus do-
mine fragilitas nr̃a ſub
ſiſtat: vt que in ſua cõdi-
tione atteritur tua clemẽ
tia reparetur. P d. Sine
alia. Lcõ Amos ꝓphe.
Hec dicit dñs deus.
Ecce dies venient ꝛ
cõprehendet arator meſ-
ſorem ꝛ calcator vue mit
tentem ſemen. Et ſtilla-
bunt montes dulcedinẽ:
et omnes colles culti erũt
Et cõuertam captiuitatẽ
populi mei iſrael. et edifi
cabũt ciuitates deſertas
et habitabunt in eis. Et
plantabũt vineas: et bi-
bent vinũ earũ. Et faciẽt
ortos: ꝛ comedent fruct⁹
eorũ Et plantabo eos ſu
per humũ ſuã: et nõ euel-
lã eos vltra de terra quã
dedi eis Dicit dominus
omnipotens Graduale
Venite filij audite me timorẽ
dñi docebo vos. ℣ Accedite
ad eũ et illuminamini ꝛ facies
veſtre nõ cõfundentur. Hic
diciť ad ꝑplm Dñs vobiſ.
Orem⁹. Sine flec. ge. Col.
Preſta q̃s dñe fami-
lie tue ſupplicanti vt
dũ a cibis corporalib⁹ ſe
abſtinet: a vicijs mẽte ie-
iunet. P do. Hic pñt dici

plures coll'. Lectio libri
IN dieb' illis Cō- Eſdre.
gregatus eſt oīs pp̄ls q̄ſi
vir unus ad plateā q̄ eſt
ante portā aquaꝝ Et di-
xerūt eſdre ſcribe vt affer-
ret libꝝ legis moyſi quā
p̄cepit dn̄s iſraeli. Attu-
lit ergo eſdras ſacerdos
legē corā multitudine vi
rorū ac mulierū .cūctis q̄
poterāt intelligere in die
prima menſis ſeptimi:⁊
legit in eo ī platea q̄ erat
ante portā aquaꝝ a ma-
ne vſqꝫ ad mediā diē ī cō
ſpectu virorū ac mulierū
et ſapiētū . Et aures oīs
populi erant erecte ad li-
brum. Stetit aūt eſdras
ſcriba ſup̱ gradū ligneū
quē fecerat ad loquēdū:⁊
ſteterūt iuxta eū. Et ape-
ruit eſdras libꝝ corā om
ni pp̄lo.et bn̄dixit eſdras
dn̄o deo magno. Et re-
ſpōdit oīs pp̄ls amē. Ele-
uās aūt oīs pp̄ls manus
ſuas īcuruati ſunt ⁊ ado
rauerūt p̄ni in terrā Por
ro leuite ſilētiū faciebāt ī
pp̄lo ad audiēdā legē Po
pulus aūt ſtabat in gra-
du ſuo. Et legerūt ī libro
dei diſtincte ⁊ aperte ad ī-
telligendū Dixit aūt ne-
emias ſacerdos. Scribe
et leuite:dies ſctificat' eſt
dn̄o deo nr̄o. nolite luge
re et nolite flere. Et dixit
eis. Ite et comedite pin-
guia ⁊ bibite mulſum:et
mittite p̱tes eis q̄ nō p̄pa
rauerūt ſibi. qꝛ ſāct' dies
dn̄i eſt. Et nolite ꝯtriſta-
ri:gaudium etenī dn̄i eſt
fortitudo noſtra Grad'.
Quis ſicut dn̄s de' nr̄ qui ī al
tis habitat ⁊ humilia reſpicit ī
celo ⁊ in terra. ℣ Suſcitans a
terra iopē ⁊ de ſtercore erigēs
pauperem. Sine Alla. ſine
Sequēn. et ſine Tractu.
IN. i. t. Rn̄dēs S. Marcū
un' de turba dixit ad ihe
ſum Magiſter attuli fili
um meū ad te habentem
ſpiritum mutū: qui vbi-
cunqꝫ eum ap̄prehēderit:
allidit eum et ſpumat et
ſtridet dentibus et areſ-
cit. Et dixi diſcip̄lis tuis

vt eijcerẽt illũ ⁊ nõ potue
rũt. Qui reſpõdens dixit
eis O generatio incredu
la q̃diu apud vos ero: q̃
diu vos patiar? Afferte
illũ ad me. Et attulerunt
eũ. Et cũ vidiſſet illũ ſta-
tim ſpũs ↄturbauit eũ. ⁊
eliſus ĩ terra volutabat
ſpumãs. Et iterrogauit
patrẽ eius. Quantũ tp̄is
eſt ex quo ei h̄ accidit? At
ille ait. Ab infantia. Et
frequenter eũ in ignẽ ⁊ in
aq̃s miſit vt eum pderet.
Sed ſi quid potes adiu-
ua nos: miſert' nr̃i Ih̄s
aũt ait illi. Si potes cre-
dere: oĩa poſſibilia credẽ
ti. Et ↄtinuo exclamans
pater pueri: cũ lachrimis
aiebat. Credo dñe adiu-
ua incredulitatẽ meã Et
cũ videret ih̄s ↄcurrẽtem
turbã ↄminatus eſt ſpũi
imũdo dicẽs illi. Surde
et mute ſpũs: ego tibi p̄ci
pio exi ab eo: ⁊ ampli' ne
introeas ĩ eũ. Et clamãs
et multũ diſcerpẽs eum:
exijt ab eo Et factus eſt ſi
cut mortu': ita vt multi
dicerẽt q2 mortu' eſt. Ihe
ſus aũt tenẽs manũ eius
eleuauit eũ ⁊ ſurrexit. Et
cũ introiſſet in domũ di-
ſcipuli ei' ſecreto interro
gabãt eũ. Quare nos nõ
potuim' eijcere eũ? Et di
xit illis. Hoc genus ĩ nul
lo poteſt exire niſi in ora-
tiõe ⁊ ieiunio Sine Credo
Meditabar in manda Off.
tis tuis que dilexi valde ⁊ leua
bo manus meas ad mãdata
tua que dilexi Secreta.
Hec hoſtia dñe q̃s emũ-
det nr̃a delicta: ⁊ ad ſacri
ficiũ celebrãdũ ſubditoꝝ
tibi corpora mẽteſq3 ſcti-
ficet. P d. Prefa. cotidia.
Comedite pinguia Com.
et bibite mulſũ et mittite par-
tes eis qui non preparauerũt
ſibi: ſanct' eñi dies dñi ẽ nolite
cõtriſtari: gaudiũ etenĩ dñi eſt
fortitudo noſtra. Cõplẽ.
Sumentes dñe dona ce-
leſtia ſuppliciter depreca
mur: vt q̃ ſedula ſeruitu-
te donante te gerim': dig
nis ſenſibus tuo munere

rapiam⁹. Ps. Bndi⁹ dño.
Feria. vi. q̃tuor tépoꝝ ſer uabitur ꝓportiõabiliter ut ſ. ꝑxima feria q̃rta q̃tuor tépoꝝ notatum eſt

Letetur cor querentium dñm: querite dñm et cõfirmamini: querite faciẽ eius ſemꝑ. ps Confitemini dño ⁊ inuocate nomẽ eius: annũciate inter gẽtes opera ei⁹. Glã prĩ. Letet̃ ꝛc. Ꝟr. Sine Glã i excel. et Ꝟr ad ꝓlm Dñs vo. Ore⁹. Sine flec. ge. Colł.

Preſta q̃s oĩpotẽs deus ut obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes: ⁊ corpore tibi placeamus ⁊ mente Ps.
Hic põt dici plures colł.

Lectio Oẓee ꝓphete
Hec dicit dñs deus. Cõuertere iſrael ad dñm deũ tuũ: qm̃ corruiſti in iniq̃tate tua. Tollite vobiſcũ verba: et cõuertimini ad dominũ ⁊ dicite ei. Omnẽ aufer iniquitatẽ et accipe bonũ ⁊ reddem⁹ vitulos labioꝝ noſtroꝝ Aſſur non ſaluabit nos ſuꝑ equos nõ aſcendem⁹ nec dicemus ultra dij noſtri opera manuũ nr̃aꝝ. q̄ꝛ eius qui in te eſt miſereberis pupilli. Sanabo contritiones eoꝝ diligã eos ſpontanee. q̄ꝛ auerſus eſt furor me⁹ ab eis Ero q̃ſi ros: iſrael germiabit q̃ſi lilium. et erumpet radix eius: ut libani: ibũt rami eius. Et erit quaſi oliua gloria eius: ⁊ odor ei⁹ ut libani. Cõuertẽtur ſedentes in umbra eius: viuẽt tritico ⁊ germinabũt q̃ſi vinea. Memoriale ei⁹ ſicut vinũ libani Effraym quid michi ultra idola? Ego exaudiã ⁊ dirigã eũ ego ut abietem virẽtẽ. ex me fructus tu⁹ inuentus eſt. Quis ſapiens intelliget iſta intelligẽs et ſciet hec? Quia recte vie dñi: ⁊ iuſti ambulabunt in eis

Conuertere dñe ali Grad. quãtulum ⁊ deprecare ſuꝑ ſeruos tuos. Ꝟ Dñe refugiũ factus es nobis a generatiõe ⁊ ꝓgenie. Sine Alła ſine ſeq̃n.

et ſine Tractu. Euãgeliũ
Factum eſt in vna die ꝛc.
Req. folio. clxviij. Sine
Benedic aïa Off. Credo.
mea dño: et noli obliuiſci oẽs
retributiones eius: ⁊ renoua-
bitur ſicut aquile iuuent⁹ tua.
Accepta tibi Secreta.
ſint dñe q̃ſum⁹ noſtri do
na ieiunij: que ⁊ expiãdo
nos tua grã dignos effi
ciant ⁊ ad ſempiterna ꝓ-
miſſa ꝑducant. P dñm.
Prefa. cotidiana Com.
Aufer a me obprobriũ ⁊ cõ-
temptũ: quia mãdata tua ex-
quiſiui dñe: nam ⁊ teſtimonia
tua meditatio mea ẽ Cõpl.
Queſumus oĩpotẽs de⁹
ut de ꝑceptis muneribus
gratias exhibentes bñfi
cia potiora ſumam⁹. P
dñm. Bñdicam⁹ dño. Sab
bato q̃tuor tempoꝝ. Ser
uabiť ꝓportiõabiliter vt
ĩ feria. iiij. prima notať.
Venite adoremus deum
et procidamus ante do
minum: ploremus ante eum
qui fecit nos: quia ipſe eſt do-
minus de⁹ noſter. ps Venite
exultem⁹ domino: iubilemus
deo ſalutari noſtro. Glia pri.
Venite ꝛc dicit. Sine Glia
in excelſis. et ſine Dñs vobiſ.
Dicit verſus altare Ore
mus. Flectamus ge. Leuate
Omnipotens Coll.
ſempiterne deus qui
per ꝯtinẽtiã ſalutarem et
corporib⁹ mederis ⁊ mẽ-
tibus: maieſtatem tuam
ſupplices exoram⁹: ut pia
ieiunantiũ deprecatione
placatus: et preſentia no
bis ſubſidia prebeas ⁊ fu
tura. P dñm. Sine alia.
Lectio libri Leuitici.
In diebus illis Locutus
eſt dñs ad moyſen dicẽs
Decima die menſis hui⁹
ſeptimi: dies expiationũ
erit celeberrimus: ⁊ voca-
biť ſanctus. Affligetiſq̃
aïas veſtras in eo: ⁊ offe-
retis holocauſtum dño.
Oẽ opus ſeruile nõ facie
tis in tpe diei hui⁹: q2 di-
es ꝓpiciatiõis eſt ut ꝓpicie
tur vobis dñs de⁹ veſter.
Omnis anima que afflic
ta non fuerit die hoc peri

bit de populis ſuis et que
operis quippiā fecerit: de
lebo eā de pp̄lo ſuo Nihil
ergo operis facietis in eo
Legitimū ſempiternum
erit vobis in cūctis gene
ratiōibꝰ ⁊ habitationibꝰ
v̄ris. Sabbatū reqetio-
nis eſt: affligetis aīas ve
ſtras die nono mēſis hu
ius a veſpa uſqꝫ ad veſpe
rā celebrabitis ſabbata
v̄ra. Dicit dn̄s op̄s Gr.
Propicius eſto dn̄e p̄ctis no
ſtris ne qn̄ dicāt gentes vbi eſt
deus eorū. V Adiuua nos de
us ſalutaris nr̄ ⁊ ꝓpter gloriā
nōis tui dn̄e libera nos. Si-
ne Dn̄s vo. Dicit' v̄ſus al
tare Orēmꝰ. F lec. ge. Le.
Da nobis q̄s Coll.
op̄s deus ut ieiunā-
do tua gratia ſatiemur:
et abſtinēdo cūctis effici
amur hoſtibꝰ fortiores.
P̄d. Sine alia. Lcō libri
In diebus illis Leuitici.
Locutꝰ eſt dn̄s ad moy-
ſen dicēs. Quītodecimo
die mēſis ſeptimi qn̄ con
gregaueritis om̄es fruc-
tus terre veſtre celebrabi
tis ferias dn̄i ſeptē diebꝰ
Die primo et die octauo
erit ſabbatū: id eſt reqes.
Sumetiſqꝫ vobis die pri
mo fructus arboris pul
cerrime ſpatulaſqꝫ pal-
marū ⁊ ramos ligni den
ſarū frondiū: ⁊ ſalices de
torrente: et letabimini co
rā dn̄o deo v̄ro. celebra-
bitiſqꝫ ſolēnitatē eiꝰ ſep-
tem diebus ꝑ annū Legi
timū ſempiternū erit ī ge
neratiōibus veſtris. Mē
ſe ſeptimo feſta celebrabi
tis: ⁊ habitabitis in vm-
braculis ſeptē diebꝰ Ois
qui de genere iſrael ē ma-
nebit in tabernaculis ut
diſcāt poſteri veſtri ꝙ in
tabernaculis habitare fe
cerim filios iſrael: cū edu
cerē eos de terra egypti.
Ego dominꝰ deus veſter
Protector noſter aſ Grad.
pice deus et reſpice ſuper ſer-
uos tuos. V Dn̄e deus virtu
tū exaudi preces ſeruorū tuoꝝ
Sine Dn̄s vo. Dicit' v̄ſus
altare Orēmꝰ F lectamus

genua. Leuate Collecta.
TUere q̄ſum⁹ dn̄e fa-
miliā tuā: ut ſalutis
eterne remedia q̄ te aſpi-
rāte requirimus. te largi
ente ꝯſequamur P dn̄m.
Sine alia. Lcō Michee
DOmine deus ꝓphe.
noſter paſce popu-
lum tuū in virga tua gre
gem hereditatis tue ha-
bitantes terrā in ſalute:
iuxta dies antiquos. Ui
debūt gentes ⁊ ꝯfundent
ſup om̄i fortitudine ſua
quoniā q̄s de⁹ ſic̄is tui q̄
aufers iniq̄tatē ⁊ trāſfers
pctm̄ reliquiarū heredi-
tatis tue. Nō imittet ul-
tra furorē ſuū: qm̄ volēs
miſericordiā: ⁊ reuertet ⁊
miſerebitur nr̄i Deponet
oēs iniquitates nr̄as: et
ꝓijciet in ꝓfundū maris
oīa pctā noſtra. Dabis
veritatē iacob: miſericor
diā abrahā: q̄ iuraſti pa-
trib⁹ nr̄is a dieb⁹ antiq̄s
Dn̄e deus noſter Grad.
Dirigat oratio mea ſicut in-
cenſum in cōſpectu tuo dn̄e. V

Eleuatio manuū mearū ſacri
ficiū veſpertinū. Sine Dn̄s
vo. dicitur verſus altare
Oremus F lec. ge. Leuate.
PReſta q̄ſum⁹ Coll.
dn̄e ſic nos ab epu-
lis abſtinere carnalibus
ut a vicijs irruētib⁹ pari
ter ieiunemus. P d. Sine
alia. Lcō zacharie ꝓphete
IN dieb⁹ illis. Factū ē ver
bū dn̄i ad me dicens. Hec
dicit dn̄s deus exercituū
Sicut cogitaui ut affli-
gerem vos cū ad iracūdi
am me ꝓuocaſſēt patres
veſtri: ⁊ nō ſum miſertus
ſic cōuerſus cogitaui in
diebus iſtis ut benefaciā
hieruſalē ⁊ domui iuda.
Nolite timere Hec ſūt ver
ba que facietis Loquimi
ni veritatē unuſquiſq; cū
ꝓximo ſuo. Ueritatē ⁊ iu
diciū pacis iudicate ī por
tis veſtris: ⁊ unuſquiſq;
malū ꝯtra amicū ſuū ne
cogitetis in cordibus ve
ſtris: et iuramentū men-
dax ne diligatis. Om̄ia
eīn hec ſunt que odi dicit

dñs Et factū eſt verbum
dñi exercituum ad me di
cens. Hec dicit dñs exerci
tuū. Jeiuniū primi. ieiu
niū q̄rti. ⁊ ieiunium ſepti
mi: et ieiuniū decimi: erit
domui iude in gaudiū ⁊
leticiā ⁊ in ſolēnitates p̄e
claras. Veritatē tantū et
pacem diligite: dicit dñs
exercituum Graduale
Ad dñm dum tribularer cla
maui et exaudiuit me. V̄ Dñe
libera aīam meā a labiis ini-
quis ⁊ a lingua doloſa. Sine
Do. vo. Dicit̄ v̄ſus altare
Oremus Flec. ge. Le. Col.
Ut nos dñe tribuis
ſolēne tibi deferre ie-
iunium. ſic nobis q̄ſum⁹
indulgētie p̄ſta ſubſidiū
P do. Lectio Angelus
dñi deſcēdit. Req. fol. ix.
Hymn⁹ Benedict⁹ es Req.
fol. ix. Hic d̄r ad populū
Dñs vobiſcū Orem⁹ Sine
Flectamus ge. Coll. Deus
qui tribus. Req̄re. fol. ix.
Hic p̄nt dici plures coll.
Fr̄s Ad Hebreos.
Tabernaculū factū
eſt primū in quo erāt can
delabra ⁊ menſa ⁊ ꝓpoſi-
tio panū q̄d dicit̄ ſancta
Poſt velamētū aūt ſcd̄m
tabernaculū: q̄d dicit̄ ſāc
ta ſanctorū aureū habēs
thuribulū et archā teſta-
menti circūtectā ex omni
parte auro. In qua vr-
na aurea habēs māna: et
virga aaron q̄ frondue-
rat et tabule teſtamēti ſu
per que etiā cherubin glo
rie obūbrantia propici-
atoriū. de quibus nō eſt
modo dicēdū p ſingula.
His vero ita ꝯpoſitis in
priori quidē tabernacu-
lo ſemp introibant ſacer
dotes ſacrificioꝝ officia
ꝯſummātes. In ſecūdo
vero ſemel in anno ſolus
pontifex nō ſine ſangui-
ne quē offerret ꝓ ſua et ꝓ
populi ignorantia. Hoc
ſignificante ſpirituſanc-
to nōdū ꝑpalatā eſſe ſanc
torū viam: adhuc priori
tabernaculo habente ſta
tum: que parabola eſt tē-
poris inſtantis. Juxta

quá munera ⁊ hoſtie offe-
rũtur: q̃ nõ poſſũt iuxta
ↄſciẽtiá pfectá facere ſer-
uiẽtẽ: ſolũmodo in cibis
et potibus ⁊ varijs bap-
tiſmatibꝰ ⁊ iuſticijs car-
nis uſqꝫ ad tẽpus correc-
tiõis ipoſitis. Chriſtꝰ au
tẽ aſſiſtẽs põtifex futuro
rũ bonoꝝ pamplius ⁊ p-
fectius tabernaculũ non
manufactũ. id eſt nõ hu-
ius creatiõis. neqꝫ p ſan-
guinẽ hircoꝝ aut vitulo
rũ. ſꝫ p ꝓpriũ ſanguinẽ in
troiuit ſemel in ſctá eter-
na redẽptiõe inuẽta Gr.
Laudate dñm oẽs gentes ⁊
collaudate eũ oẽs populi. V.
Qm̃ cõfirmata ẽ ſup nos mi-
ſericordia eius et veritas dñi
manet ineternũ. Sine Alla.
ſine Seqñ. ⁊ ſine Tractu
In illo tpe Scdm Lucá.
Dicebat iheſus turbis ſi
militudinẽ hác. Arborẽ
fici habebat quidã plan
tatam in vinea ſua: ⁊ ve-
nit querens fructũ in il-
la: et nõ inuenit Dixit au
tẽ ad cultorẽ vinee. Ecce
anni tres ſunt ex quo ve-
nio querẽs fructũ i ficul-
nea hac: et non inuenio.
Succide ergo illam: vt
quid etiam terram occu-
pat? At ille reſpondens
dixit illi. Domine dimit
te illam et hoc anno uſqꝫ
dum fodiá circa illam et
mittam ſtercora. Et ſiq-
dem fecerit fructũ. ſin au
tem in futuro ſuccides eã
Erat autẽ docẽs in ſina-
goga eorũ ſabbatis. Et
ecce mulier que habebat
ſpiritũ infirmitatis an-
nis decẽ ⁊ octo: et erat in-
clinata: nec oĩno poterat
ſurſum reſpicere. Quam
cum videret iħs: vocauit
ad ſe et ait illi. Mulier di
miſſa es ab infirmitate
tua. Et impoſuit illi ma
nus: ⁊ ↄfeſtim erecta eſt: ⁊
glorificabat deũ. Rñdẽs
aũt archiſynagogus in-
dignans q꞉ ſabbato cu-
raſſet iħs: dicebat turbe.
Sex dies ſũt in q̇bꝰ opor
tet opari. i his ergo veni-
te et curamini: et non in

die ſabbati Reſpōdit aūt
ad illū dn̄s ⁊ dixit Hipo
crite unuſq̄ſq; veſtrū ſab
bato nō ſoluit bouē ſuū
aut aſinū a preſepio ⁊ du
cit adaq̄re. hanc aūt filiā
abrahe quā alligauit ſa
thanas ecce decem ⁊ octo
annis nō oportuit ſolui
a vinculo iſto die ſabba-
ti. Et cū hec diceret: eru-
beſcebant oēs aduerſarij
ei⁹ Et oīs pp̄ls gaudēbat
i uniuerſis: q̄ glorioſe fie
bant ab eo. Sine Credo.
Dn̄e deus ſalutis mee Off.
in die clamaui et nocte corā te
intret oratio mea in cōſpectu
tuo domine. Secreta.
Concede q̄s oīpotēs de⁹
ut oculis tue maieſtatis
mun⁹ oblatū ⁊ grām no
bis deuotiōis obtineat:
et effectum beate pḣēnita
tis acq̄rat. P d. Prefa. co.
Menſe ſeptimo feſta Com̄.
celebrabitis cum in taberna-
culis habitare fecerim filios
iſrael cū educerem eos de ter-
ra egypti ego dn̄s deus veſter
Perficiāt in Cōplēda.

nobis dn̄e q̄ſum⁹ tua ſa-
cramēta q̄d ꝯtinent: ut q̄
nūc ſpecie gerim⁹: rerū ve
ritate capiam⁹. P dn̄m.
Bn̄di. dn̄o. Dn̄ica. xviij.
Seruabit ut s̄ dn̄ica. ij.
D fol. clxxvij. notatur
A pacem dn̄e ſuſtinen-
tibus te ut pphete tui fideles
inueniantur exaudi preces ſer
ui tui et plebis tue iſrael. ps
Letatus ſum in his que dicta
ſunt mihi in domū dn̄i ibim⁹.
Gl'a pr̄i. Da pacē kyriel. ⁊c
dr. Sine Gl'a in ex. et d'r ad
pp̄lm Dn̄s vo. Orem⁹ Si-
ne flec. ge. Collecta.
Dirigat corda noſtra
domine queſum⁹ tue mi-
ſeratiōis operatio. quia
tibi ſine te placere nō poſ
ſumus. Per dn̄m. Hic
poſſunt dici plures colł.
Ad Corinthios.
Frēs. Gratias ago
deo meo ſemp̄ pro vobis
in gratia dei que data eſt
vobis in chriſto iheſu: q̄r
in omnibus diuites fac-
ti eſtis in illo in om̄i ver
bo et in omni ſcientia: ſi-

tur teſtimoniū xp̄i cōfir-
matū eſt in vobis ita ut
vobis nihil deſit in ulla
grā: expectātib' revelatio
nē dn̄i noſtri ih̄u chriſti.
Qui ꝛ ꝯfirmabit vos uſ
qꝫ i finē ſine crimine i die
aduētus dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i.
Letat' ſū i his que dic Gr.
ta ſunt mihi in domū dn̄i ibi-
mus. ꝟ Fiat pax i virtute tua
et habūdātia in turribus tuis
Alla. ꝟ De profūdis clama
ui ad te dn̄e: dn̄e exaudi voce
meā. Alla repetitur Sine
ſequeñ. Scd̄m Matheū
In illo tp̄e Conuenerunt
phariſei in unū: ꝛ interro
gauit ih̄m unus ex eis le
giſdoctor tēptās eū Ma
giſter qđ eſt mādatū ma
gnū in lege? Ait illi ih̄s.
Diliges dn̄m deum tuū
ex toto corde tuo: et ex to
ta aīa tua: et in tota men
te tua. Hoc eſt maximū ꝛ
primū mādatum. Secū-
dum autē ſimile eſt huic.
Diliges proximū tuum
ſicut teipſū. In his duo-
bus mādatis tota lex pē

det et prophete. Congre-
gatis autē phariſeis: in-
terrogauit eos ihēſus di
cens. Quid vobis vide-
tur de chriſto? Cuius fi-
lius eſt? Dicūt ei. Dauid
Ait illis. Quō ergo da-
uid in ſpū vocat eū dn̄m
dicēs. Dixit dn̄s domio
meo: ſede a dextris meis
donec ponā inimicos tu
os ſcabellū pedum tuoꝝ
Si ergo dauid vocat eū
dominū: quomodo fili-
us eius eſt. Et nemo po-
terat reſpondere ei verbū
neqꝫ auſus fuit quiſqꝫ ex
illa die eum amplius in-
terrogare. Sine Credo in
Sanctifica Offer. feria.
uit moyſes altare domīo offe
rens ſuper illud holocauſtum
et immolās victimas fecit ſa-
crificium veſpertinum in odo
rem ſuauitatis dn̄o deo in cō-
ſpectu filiorū iſrael. Secre.
Deus qui nos per huius
ſacrificij venerāda com-
mertia unius ſummeqꝫ
diuinitatis participes ef
ficis. p̄ſta queſumus: ut

ſicut tuã cognoſcim⁹ ve-
ritatẽ. ſic eam dignis mẽ
tibus et morib⁹ aſſequa-
mur. P do. Prefa. cotid.
Tollite hoſtias et Com̃.
introite in atria eius: adorate
dñm in aula ſcã ei⁹. Cõpl.
Gratias tibi referimus
dñe ſacro munere vegeta
ti tuã miſericordiã depre
cãtes: ut nos dignos ei⁹
participatione perficias
P dñm. Benedicamus dño
Feria. iiij. Epl'a Mortifi
cate mẽ. Req. feria. q̃rta
poſt primã dñicam pen-
theco. fol. clxxvi. Euãge
liũ. Simile factũ eſt reg-
nũ celoꝝ homini q. Req.
dñica. v. poſt epyphaniã
fol. xxxiiij. Feria. vi. Se
In illo tẽ cũdũ Matheũ.
pore. Dixit ihs diſci. ſuis
parabolam hãc. Sile eſt
regnũ celoꝝ grano ſyna
pis. qđ accipiẽs hõ ſemi-
nauit in agro ſuo Quod
minimũ quidẽ eſt omni-
bus ſeminibus: cum aũt
creuerit: maius eſt omni
bus oleribus: ⁊ fit arbor
ita ut volucres celi veni-
ant ⁊ habitent in ramis
eius. Aliã parabolã lo-
cutus eſt eis. Sile eſt reg
nũ celorũ fermẽto quod
acceptum mulier abſcon
dit in farine ſatis tribus
donec fermẽtatũ eſt totũ
Hec oĩa locutus ẽ ihesus
in parabolis ad turbas
et ſine parabolis nõ loq̃
batur eis ut adimpleret
quod dictũ eſt per ꝓphetã
dicentẽ. Aperiam in pa-
rabolis os meũ: eructua
bo abſcõdita a ꝯſtitutio
ne mũdi Dñica. xix. Ser
uabit ut ſ̃ notatũ eſt dñi
ca. ij. folio. clxxvij.
Salus populi ego ſũ di-
cit dñs de quacũqȝ tribulatio
ne clamauerit ad me exaudiã
eos et ero illorum dñs in per-
petuũ. ps̃ Attendite popule
meus legem meã inclinate au
rem veſtrã in verba oris mei.
Gl'a patri ⁊c̃ dicitur. Sine
Gloria in excelſis in feria.
Omnipotens ⁊ Coll'.
miſericors deus uni
uerſa nobis aduerſãtia

ꝓpicius exclude:ut mente
et corpore pariter expedi
ti que tua ſūt liberis mē-
tibus exequamur. P do.

Fr̄es Ad Epheſios.
Renouamini ſpiri-
tu mētis veſtre:ꝛ induite
nouū hominē q̄ ſcd̄m de-
um creatus eſt in iuſticia
et ſctitate veritatis. Pro-
pter qd̄ deponētes mēda
ciū:loq̄mini veritatē vn⁹
quiſq; cū ꝓximo ſuo:qm̄
ſum⁹ inuicē mēbra Jra-
ſcimini et nolite peccare.
Sol non occidat ſup ira
cūdiā veſtrā. Nolite locū
dare diabolo: qui fura-
baſ iā non fureſ. Magis
autē laboret hō operādo
manib⁹ ſuis qd̄ bonū eſt
ut habeat unde tribuat
neceſſitatē patiēti Grad.
Dirigaſ oratio mea ſicut in-
cenſum in cōſpectu tuo dn̄e. ℣
Eleuatio manuū mearū ſacri
ficiū veſpertinū. Alla. ℣ Cō
fitebor tibi dn̄e in toto corde
meo: et in cōſpectu angelorū
pſallā corā te. Alla repetiſ.
Sine ſeqn̄. S. Matheū

In illo tp̄e Aſcēdēs ih̄s in
nauiculā tranſfretauit ꝛ
venit in ciuitatē ſuā. Et
ecce offerebāt ei paraliti-
cū in lecto iacentē. Et vi-
dens ih̄s fidē illoꝝ dixit
paralitico. Cōfide fili:re
mittunſ tibi peccata tua
Et ecce quidā de ſcribis
dixerūt intra ſe. hic blaſ-
phemat. Et cū vidiſſ; ihe
ſus cogitatiōes eorū:di-
xit eis Vt quid cogitatis
mala i cordibus veſtris.
Quid eſt facilius dicere:
dimittūtur tibi peccata:
an dicere ſurge et ambu-
la. Vt ſciatis aūt q; fili⁹
hoīs habet poteſtatē i ter
ra dimittendi pctā. Tūc
ait paralitico Surge tol
le lectū tuū ꝛ vade in do-
mum tuam Et ſurrexit ꝛ
abijt in domū ſuā. Vidē
tes aūt turbe timuerunt.
Et glorificauerūt deū: q̄
dedit poteſtatē talem ho
minib⁹. Sine Credo i fer.
Si ambulauero in me Off.
dio tribulationis viuificabis
me dn̄e et ſup irā inimicorum

meorũ extẽdes manũ tuã et
ſaluum me fecit dextera tua.
Hec munera dñe Secre.
q̄ſum⁹ que oculis tue ma
ieſtatis offerim⁹ ſaluta-
ria nobis eſſe ꝯcede. Ꝑ d.
Prefatio cotidia. Com.
Tu mandaſti mandata tua
cuſtodiri nimis utinã dirigan
tur vie mee ad cuſtodiendas
iuſtificatiões tuas Compl.
Tua nos dñe medicina
lis operatio et a noſtris
ꝑuerſitatib⁹ clementer ex
pediat ⁊ tuis ſemꝑ faciat
inherere mãdatis. Ꝑ do.
Bñdicam⁹ dño Feria.iiij.
Ad Theſſalonicenſes.
Fr̃es. State ⁊ tenete
traditiões q̄s didi-
ciſtis ſiue ꝑ ſermonẽ ſiue
ꝑ epl̃am noſtrã Ipſe aũt
dñs noſter ihs xp̄s et de⁹
pater nr̃: qui dilexit nos
et dedit ꝯſolationem eter
nã et ſpem bonã in gr̃a:
ꝯſolet corda vr̃a: ⁊ cõfir-
met ĩ omni oꝑe ⁊ ſermõe
bono . De cetero fratres
orate ꝓ nobis: ut ſermo
dñi currat ⁊ clarificet ſi-
cut et apud vos: ut libere
mur ab ĩportunis ⁊ ma-
lis hoĩbus. Nõ eñi omni
um eſt fides Fidelis autẽ
dñs eſt q̇ ꝯfirmabit vos
et cuſtodiet a malo. Cõfi
dimus autẽ de vobis in
dño: qm̃ que p̄cipim⁹ ut
facitis et facietis. Domi
nus aũt dirigat corda ve
ſtra in charitate dei ⁊ pa
tientia chriſti. Scd̃m
In illo tp̄e Ac- Matheũ
ceſſerunt ad iheſum diſci
puli eius dicentes. Ediſ-
ſere nobis parabolam zi
zaniorũ agri. Qui reſpõ
dẽs ait. Qui ſeminat bo
nũ ſemen eſt filius hoĩs:
ager aũt eſt mũdus. Bo
nũ vero ſemen hi ſunt fi-
lij regni. zizania aũt filij
ſunt nequã. Inimic⁹ aũt
qui ſeminauit ea eſt dia-
bolus. Meſſis vero ꝯſũ-
matio ſeculi ẽ. Meſſores
aũt angeli ſunt. Sicut er
go colligũtur zizania et
igni cõburuntur: ſic erit
in cõſummatione ſeculi.
Mittet fili⁹ hoĩs ãgelos

ſuos et colligēt de regno
ei⁹ oīa ſcādala ⁊ eos q̄ fa-
ciūt iniq̄tatē mittēt eos ī
caminū ignis: ibi erit fle-
tus ⁊ ſtridor dētiū. Tunc
iuſti fulgebūt ſicut ſol in
regno prīs eoꝝ. Qui ha-
bet aures audiēdi audi-
at. Feria. vi. S. Marcū.
IN. i. t. Interrogat⁹ ihs a
diſcipulis ſuis de ꝯſūma
tiōe ſeculi: dixit eis Cū vi
deritis abominationem
deſolatiōis ſtātē vbi nō
debet q̄ legit itelligat: tūc
q̄ in iudea ſunt fugiāt in
mōtes: ⁊ q̄ ſup tectū: non
deſcēdat ī domū nec itro-
eat ut tollat q̄d de domo
ſua. Et q̄ in agro erit: nō
reuertat retro tollere ve-
ſtimētū ſuū. Ve aūt preg
nātibus ⁊ nutriētib⁹ ī il-
lis dieb⁹. Orate vero ut
hyeme nō fiāt hec. Erunt
eīn dies illi tribulatiōes
tales: q̄les non fuerūt ab
initio creature quā cōdi-
dit de⁹ vſq̄ nūc: neq̄ fiēt
Et niſi breuiaſſet dn̄s di
es: nō fuiſſet ſalua oīs ca
ro. Sed ꝓpter electos q̄s
elegit breuiauit dies. Et
tūc ſi q̄s dixerit vobis: ec-
ce hic ē xp̄s: ecce illic ne cre
dideritis. Exurgēt enim
pſeudo xp̄i ⁊ pſeudo pro-
phete: ⁊ dabūt ſigna ⁊ por
tēta ad ſeducēdos ſi fieri
poteſt etiā electos. Vos
ergo videte: ecce p̄dixi vo
bis oīa. Dn̄ica. xx. Ser-
uabitur ut ſ̄ dn̄ica. ij. fo.
OMnia clxxvij. notaſ
que feciſti nobis dn̄e in
vero iudicio feciſti quia pecca-
uimus tibi ⁊ mādatis tuis nō
obediuimus: ſed da gloriam
nomini tuo ⁊ fac nobiſcū ſcd̄m
multitudinē miſericordie tue.
ps̄ Beati imaculati ī via qui
ambulant in lege dn̄i. Glā
prī ⁊c̄ Gr. Sine Glā in ex. in
feria Collecta.
LArgire domine que
ſumus fidelibus tuis in
dulgentiam placatus et
pacem: ut pariter ab om-
nibus mūdentur offen-
ſis et ſecura tibi mente de
ſeruiant. Per dn̄m. Hic
poſſunt dici plures coll̄.

Frēs Ad Ephesios
Videte q̄modo cau-
te ambuletis. nō q̄si inſi-
pientes: ſed ut ſapientes.
Redimētes tēp⁹ q̄m dies
mali ſunt. Propterea no
lite fieri imprudētes: ſed
intelligētes que ſit volū-
tas dei. Et nolite inebria
ri vino ī quo eſt luxuria:
ſed impleamini ſpū ſācto
loquētes vobiſmetipſis
in pſalmis et hymnis et
canticis ſpūalib⁹. cantā-
tes ⁊ pſallētes in cordib⁹
veſtris dño: grās agen-
tes ſemp̄ p̄ oībus in noīe
dñi nr̄i iħu xp̄i deo ⁊ pr̄i.
Subiecti inuicē in timo-
re chriſti Graduale.
Oculi omniū in te ſperāt dñe
et tu das illis eſcā in tp̄e opor
tuno. ℣ Aperis tu manū tuā
et imples oē aīal bn̄dictione.
All'a ℣ Lauda anima mea
dñm: laudabo dominū ī vita
mea: pſallā deo meo q̄diu ero
All'a repetit̄. Sine ſeqn̄.
In illo tp̄e Secūdū Math.
Loq̄bat̄ iħs cū diſcipu-
lis ſuis in parabolis di-
cens Simile factū eſt reg
nū celoꝝ hoī regi: q̄ fecit
nuptias filio ſuo Et mi-
ſit ſeruos ſuos vocare in
uitatos ad nuptias: ⁊ no
lebāt venire. Iterū miſit
alios ſeruos dicēs Dici-
te inuitatis. Ecce prādiū
meū paraui: thauri mei
et altilia occiſa: ⁊ oīa pa-
rata ſūt: venite ad nupci
as. Illi aūt neglexerūt ⁊
abierūt. ali⁹ in villā ſuā.
ali⁹ vero ad negotiatio-
nē ſuā. Reliqui vero tenu
erūt ſeruos eius ⁊ ꝯtume
lijs affectos occiderunt.
Rex aūt cū audiſſ; irat⁹ ē
et miſſis exercitib⁹ ſuis p̄
didit homicidas illos: et
ciuitatē illorum ſuccēdit
Tūc ait ſeruis ſuis. Nup
tie q̄dē parate ſūt: ſ; q̄ īui
tati erāt nō fuerūt digni
Ite ergo ad exit⁹ viaꝝ: et
q̄ſcūq; īueneritis vocate
ad nuptias Et egreſſi ſer
ui ei⁹ ī vias ꝯgregauerūt
oēs q̄s īuenerūt malos ⁊
bonos: ⁊ īplete ſūt nuptie
diſcūbentium. Intrauit

autē rex ut videret diſcū-
bētes ⁊ vidit ibi hominē
nō veſtitū veſte nuptiali
et ait illi. Amice quō huc
intraſti non habēs veſtē
nuptialē? At ille obmu-
tuit. Tunc dixit rex mini
ſtris. Ligatis manibus
eius ⁊ pedib⁹ mittite eū in
tenebras exteriores: ibi
erit fletus ⁊ ſtridor dētiū
Multi enim ſunt vocati
pauci vero electi. Sine
Credo in feria. Offerto.
Super flumina babilonis illic
ſedimus et fleuimus dum re-
cordaremur ſyon Secreta.
Celeſtē nobis p̄beāt hec
miſteria q̄ſum⁹ dn̄e medi
cinā ⁊ vicia noſtri cordis
expurgēt. P d. Prefa. co.
Memento verbi tui Com̄.
ſeruo tuo dn̄e i quo mihi ſpem
dediſti hec me conſolata eſt in
humilitate mea Cōplēda.
Ut ſacris domine redda
mur digni munerib⁹ fac
nos q̄ſum⁹ tuis obedire
mādatis. P d. Bn̄di. dn̄o.
Feria. iiij. Ad Teſ-
Fr̄es Denū- ſalon̄.

ciamus vobis i noīe dn̄i
nr̄i ihu xp̄i ut ſubtraha-
tis vos ab oī fratre ābu-
lāte iordinate et nō ſcd̄m
traditionē quā acceperūt
a nobis. Ipſi em̄ ſcitis
quēadmodū opteat imi
tari nos: qm̄ nō inqeti fu
im⁹ inter vos: neq; gra-
tis panē māducauimus
aliqū. ſ; i labore ⁊ fatiga
tiōe nocte ac die operātes
ne quē veſtrū grauarem⁹
Nō q̄ſi nō habecem⁹ po-
teſtatē: ſ; ut noſipſos for
mā darem⁹ vob̄ ad imi-
tandū nos. Nā et cū eſſe-
m⁹ apud vos hoc denūci
abamus vobis. qm̄ ſi q̄s
nō vult opari nec mādu
cet. Audiuim⁹ em̄ q̄ſdam
ābulātes inter vos inq̄e-
te nihil operātes: ſ; curio
ſe agētes. His aūt q̄ eiuſ-
modi ſūt denūciamus ⁊
obſecram⁹ in dn̄o ihu ut
cum ſilentio operātes ſu
um panem manducent.
Vos autē fratres nolite
deficere benefaciētes In
chriſto iheſu dn̄o noſtro

IN.i.t.Di Scđm Lucā.
cebat iheſus cuidā prin-
cipi phariſeoꝝ. Cū facis
prandiū aut cenam noli
vocare amicos tuos ne-
q3 fratres tuos: neq3 cog
natos: neq3 vicinos diui
tes. ne forte ⁊ ipi te reinui
tent ⁊ fiat tibi retributio
Sed cū facis ꝯuiuiū vo-
ca pauperes. debiles: ce-
cos: claudos. ⁊ beat⁹ eris
q2 nō habēt retribuere ti-
bi. Retribuet' eīm tibi i re-
ſurrectiōe iuſtorū. Hec cū
audiſſet quidā de ſimul
diſcūbentibus dixit illi:
Beatus qui mādūcabit
panē in regno dei Feria
IN illo vi. Scđm Lucā
tpe Dixit ihs diſcipulis
ſuis. Beati eritis cū vos
oderint hoies ⁊ cū ſepara
uerint vos ⁊ exprobraue
rint ⁊ eiecerint nomē ve-
ſtrū tanq̄ malū ꝓpter fili
um hoīs Gaudete in illa
die ⁊ exultate: ecce eīm mer
ces veſtra multa eſt in ce-
lo Scđm hec eīm faciebāt
ꝓphetis patres eorū. Ve-
rūtamen ve vobis diuiti
bus qui habetis ꝯſolati-
onē veſtrā. Ve vobis qui
ſaturati eſtis: quia eſuri
etis. Ve vob̄ qui ridetis
nūc: q2 lugebitis et flebi-
tis. Ve cū bn̄dixerint vo-
bis oēs hoies. ſcđm hec
eīm faciebāt pſeudo ꝓphe
tis patres eoꝝ. Sed vob̄
dico qui auditis Diligi-
te inimicos vr̄os bn̄faci
te his qui vos oderūt Be
nedicite maledicentibus
vos: orate ꝑ calūniātib⁹
vos. Et qui te percutit in
maxillā: prebe ei ⁊ alterā
Et q̄ aufert tibi veſtimē-
tum: etiā tunicā noli ꝓhi
bere. Omni autē petēti te
tribue. et qui aufert q̄ tua
ſunt ne repetas. Et prout
vultis ut faciāt vob̄ ho-
mines: et vos facite illis
ſimiliter. Et ſi diligitis
eos qui vos diligūt que
vobis ē grā? Nā ⁊ pecca-
tores diligētes ſe diligūt
Et ſi bn̄feceritis his q̄ vo
bis bn̄faciūt que vobis ē
gratia? Nā ⁊ peccatores

hoc faciunt. Et ſi mutuũ
dederitis his a quib⁹ ſpe
ratis recipere: que gratia
eſt vobis? Nã et pctõres
pctõribus fenerant͛ ut re
cipiant equalia. Verũta
mẽ diligite inimicos ve-
ſtros ⁊ bñfacite: ⁊ mutuũ
date nihil inde ſperãtes.
Et erit merces vr̃a mul-
ta in celis. Dñica .xxi.
Seruabit͛ ut s̃ dñica .ij.
fol. clxxvij. notatum eſt.

IN volũtate tua dñe uniuerſa
ſunt poſita et nõ eſt qui poſſit
reſiſtere volũtati tue: tu eñ fe
ciſti oĩa celũ et terrã ⁊ uniuer-
ſa que celi ambitu cõtinentur
dñs uniuerſorum tu es. ps̃
Beati immaculati in via qui
ãbulant ĩ lege dñi Gl'a pri ⁊ ſ
dr. Sine Gl'a in ex. ĩ feria.

FAmiliã tuã Coll'.
q̃ſumus dñe ꝯtinua
pietate cuſtodi: ut a cunc
tis aduerſitatibus te pro
tegente ſit libera ⁊ in bo-
nis actibus tuo nomini
ſit deuota. Per dñm no.
Hic pñt dici plures col-
lecte. Ad Epheſios.

FRatres. Conforta-
mini in dño ⁊ in po
tentia virtutis eius. In-
duite vos armaturã dei
ut poſſitis ſtare aduer-
ſus inſidias diaboli: qm̃
nõ eſt nobis colluctatio
aduerſus carnẽ ⁊ ſangui
nem. ſed aduerſus princi
pes et poteſtates. aduer-
ſus mundi rectores tene-
brarũ harũ ꝯtra ſpũalia
nequitie ĩ celeſtib⁹. Prop-
terea accipite armaturã
dei: ut poſſitis reſiſtere in
die malo ⁊ in oĩbus pfec
ti ſtare. State ergo ſuccin
cti lumbos veſtros in ve
ritate: et induti lorica iu
ſticie et calciati pedes in
preparatiõe euãgelij pa-
cis. In oĩbus ſumentes
ſcutum fidei in quo poſſi
tis oĩa tela nequiſſimi ig
nea extinguere. Et galeã
ſalutis aſſumite ⁊ gladi-
um ſpũs qd̃ eſt verbũ dei
Domine refugium Grad.
fact⁹ es nobis a generatiõe ⁊
progenie. ℣ Priuſq̃ mõtes
fierent aut formaret͛ terra et

orbis a ſeculo ⁊ in ſeculū tu es
Alla. ℣ Qui ſanat cōtritos
corde et alligat cōtritiōes eoꝝ
Alla repetit᷑. Sine ſeqn̄.
In illo tp̄e Scd̄m Joh̄.
Erat q̄dā regulus cui⁹ fi
lius infirmabat᷑ caphar
naū. Hic cū audiſſet quia
iheſus adueniret a iudea
in galileā abijt ad eum ⁊
rogabat eū ut deſcēderet
et ſanaret filiū ei⁹: incipie
bat em̄ mori. Dixit ergo
ih̄s ad eū. Niſi ſigna ⁊ ꝓ
digia videritis: nō credi
tis. Dicit ad eū regulus.
Dn̄e deſcēde prius q̄ mo
riatur filius meus Dicit
ei iheſus. Vade filius tu
us viuit. Credidit homo
ſermoni quē dixit ei ihe
ſus: ⁊ ibat. Jam autē eo
deſcendēte ſerui occurre
rūt ei ⁊ nūciauerūt dicen
tes quia fili⁹ eius viueret
Interrogabat ergo ho
ram ab eis in qua meli⁹
habuerat: et dixerunt ei.
Quia heri hora ſeptima
reliquit eum febris. Cog
nouit ergo pater quia il
la hora erat ī qua dixit ei
ih̄s filius tu⁹ viuit: ⁊ cre
didit ipſe ⁊ domus ei⁹ to
ta. Sine Credo in feria.
Vir erat in terra noīe Off.
iob ſimplex et rectus ac timēs
deum: quem ſathan petiit ut
temptaret: et data eſt ei pote
ſtas a dn̄o in facultate ⁊ in car
ne eius: ꝑdiditq; omnē ſubſtā
tiā ipſius et filios: carnē quo
q; ei⁹ graui vlcere vulnerauit.
Suſcipe dn̄e q̄ſu Secre.
mus propicius munera
quibus ⁊ te placari volu
iſti: et nobis ſalutē potē
ti pietate reſtitue. P dn̄m
Prefa. cotidiana Com̄.
In ſalutari tuo aīa mea: ⁊ in
verbū tuū ſperaui quando fa
cies de ꝑſequētibus me iudici
um: iniqui ꝑſecuti ſunt me ad
iuua me domine deus meus.
Immortalita Compl.
tis alimoniā conſecuti q̄
ſumus domine: ut quod
ore ꝑcepimus mente ſec
temur. Per dn̄m. Benedi
camus dn̄o Feria. iiij. Ad
Chariſ Timotheū.
ſime. Finis precepti

eſt charitas de corde pu-
ro ⁊ ꝯſcientia bona ⁊ fide
nõ ficta. A quibus q̇dã
aberrãtes ꝯuerſi ſunt in
vaniloquiũ volẽtes eſſe
legiſdoctores: nõ intelli-
gentes: neq; q̃ loquũtur:
neq; de quibus affirmãt
Scim⁹ aũt q: bona ẽ lex:
ſi quis ea legitime vtat᷑.
ſciens hoc q: iuſto lex nõ
eſt poſita: ſed iniuſtis et
nõ ſubditis impijs ⁊ pec
catorib⁹: ſceleratis ⁊ ꝯta-
minatis patricidis ⁊ ma
tricidis: homicidis: for-
nicarijs: maſculoꝝ ꝯcu-
bitorib⁹: plagiarijs mẽ-
dacibus piuris. ⁊ ſi quid
aliud ſane doctrine ad-
uerſat᷑ que eſt ſcd̃m euan-
geliũ glorie beati dei qđ
creditũ eſt mihi Gratias
ago ei qui me cõfortauit
in xp̄o iheſu dño noſtro.
IN illo tp̄e Scd̃m Lucã.
Factũ eſt vt intraret ih̄s
in ſynagogã: et doceret.
Et erat ibi homo: et ma-
nus eius dextera erat ari
da. Obſeruabant autem
ſcribe et phariſei ſi ſabba
to curaret vt inuenirent
unde accuſarent illũ. Ip
ſe vero ſciebat cogitatio-
nes eoꝝ. Et ait homini q̇
habebat manũ aridam.
Surge ⁊ ſta in mediũ Et
ſurgẽs ſtetit. Ait autẽ ad
illos iheſus. Interrogo
vos ſi licet ſabbato bene-
facere an male: animam
ſaluam facere an ꝑdere.
Et circũſpectis oĩbus il-
lis in ira: dixit homini.
Extẽde manũ tuã. Et ex-
tẽdit. Et reſtituta ẽ man⁹
eius. Ipſi aũt repleti ſũt
iniq̇tate: ⁊ colloq̇bãt᷑ ad
inuicẽ quid nã facerẽt de
iheſu. Feria .vi. Scd̃m
IN illo tp̄e. Cũ Marcũ.
eſſet iheſus in una ciuita
tum: ⁊ ecce vir plenus le-
pra. Et vidẽs ih̄m ⁊ pro-
cidẽs in faciẽ: rogauit eũ
dicens. Dñe ſi vis potes
me mũdare. Et extendẽs
manũ: tetigit illum di-
cens. Volo. Mũdare. Et
confeſtim lepra diſceſſit
ab eo. Et ipſe precepit il-

li ut nemini diceret: ſʒ va
de oſtēde te ſacerdoti ⁊ of
fer ꝓ emūdatiōe tua ſicut
p̃cepit moyſes in teſtimo
niū illis Perambulabat
aūt magis ſermo de illo
Et ꝯueniebāt turbe mul
te ut audirent et curarent
ab infirmitatibus ſuis.
Dñica. xxij. Seruabitur
ut s̃ dñica. ij. fol. clxxvij.
SI iniquitates notaſ.
obſeruaueris dñe dñe
quis ſuſtinebit: quia apud te
ꝓpiciatio eſt deus iſrael.
De ꝓfundis clamaui ad te do
mine: domine exaudi vocē me
am. Gl'a patri ⁊c. dicit. Sine
Gloria in excelſis Coll.
DEus refugiū noſtrū
⁊ virtus: adeſto pijs
eccleſie tue p̃cibus auctor
ipſe pietatis ⁊ p̃ſta: ut qđ
fideliter petimus efficaci
ter ꝯſequamur Per do. Hic
poſſunt dici plures coll.
Lc̃o epl'e bti Pauli apl'i
Ad Philippenſes.
FRēs. Confidimus
in dño iheſu: q2 qui cepit
in vobis bonū opus ꝑfi
ciet uſqʒ in diē chriſti iħu
Sicut enī iuſtū eſt michi
hoc ſentire ꝓ oībus voƀ:
eo ꝙ habeā vos in corde
et in vinculis meis: et in
defenſione ⁊ cōfirmatiōe
euangelij ſocios gaudij
mei oēs vos eſſe. Teſtis
enī mihi ē deus: quomo-
do vos cupiā oēs in viſ-
ceribus iheſu chriſti. Et
hoc oro ut charitas vr̃a
magis ac magis habun
det in ſciētia ⁊ in omī ſen-
ſu: ut ꝓbetis potiora: ut
ſitis ſinceres ⁊ ſine offen-
ſa in diem chriſti repleti
fructu iuſticie. Per iheſum
chriſtum dñm noſtrum
Ecce ꝙ bonū et Gradua.
ꝙ iocūdū habitare fratres in
vnū. ℣ Sicut vngentū in ca-
pite quod deſcendit in barbā
barbam aaron. ℣ Manda-
uit dñs benedictionē et vitam
uſqʒ in ſeculū. Alla. ℣ Qui
poſuit fines tuos pacē ⁊ adipe
frumenti ſatiat te Alla repe
titur. Sine ſeqū. Scdm
IN illo tēpore Mattheū.
Dixit iheſus diſcipulis

ſuis parabolã hãc. Simile
eſt regnũ celorũ homini
regi: qui voluit rationẽ
ponere cũ ſeruis ſuis. Et
cũ cepiſſet rationẽ pone-
re: oblatus ẽ ei vnus qui
debebat decẽ milia talen
ta. Cũ aũt nõ haberet vn
de redderet: iuſſit eũ dñs
venũdari ⁊ vxorẽ eius et
filios: ⁊ oĩa que habebat
et reddi. Procidens autẽ
ſeruus ille rogabat eum
dicẽs. Patientiã habe in
me ⁊ omnia reddam tibi
Miſertus autẽ dñs ſerui
illius dimiſit eũ: et debi-
tum dimiſit ei. Egreſſus
aũt ſeru⁹ ille: inuenit vnũ
de ꝯſeruis ſuis qui debe-
bat ei centũ denarios Et
tenens ſuffocabat eũ di-
cens. Redde qđ debes. Et
procidens ꝯſeruus eius
rogabat eum dicẽs. Pa-
tientiã habe in me ⁊ om-
nia reddã tibi. Ille autẽ
noluit. ſed abijt et miſit
eum in carcerẽ donec red
deret debitum. Videntes
aũt conſerui eius que fie

bant: ꝯtriſtati ſũt valde.
Et venerũt: ⁊ narrauerũt
dño ſuo oĩa que facta
fuerant. Tũc vocauit il-
lum dñs ſuus et ait illi.
Serue nequã omne debi
tum dimiſi tibi quoniã
rogaſti me. Nonne ergo
oportuit ⁊ te miſereri cõ-
ſerui tui ſicut et ego tui
miſertus ſum. Et irat⁹
dñs eius tradidit eũ tor
toribus quoadusqꝫ red-
deret vniuerſum debitũ
Sic ⁊ pater meus celeſtis
faciet vobis ſi nõ remiſe
ritis vnuſqſqꝫ fratri ſuo
de cordibus veſtris. Si-
ne Credo in feria. Offer.
Recordare mei dñe omnipo
tentatui dominãs da ſermo-
nem rectũ in os meũ vt place-
ant verba mea i cõſpectu prin
Da miſe Secreta. cipis.
ricors deus vt hec ſaluta
ris oblatio et a proprijs
nos reatibus indeſinen-
ter expediat: et ab omni-
bus tueatur aduerſis. P
do. Prefa. cotid. Com.
Dico vobis gaudiũ eſt ange-

ſis dei ſup uno peccatore peni
tentiā agente Complen̄.
Sumpſim⁹ dn̄e ſacri do
na miſterij humiliter de-
precantes: ut q̄ in tui cō-
memoratione nos facere
precepiſti in noſtre ꝓfici-
ant infirmitatis auxiliū
P dn̄m. Bn̄dicamus dn̄o.
Feria.iiij. Ep̄la Obſecro
primū omniū. Req. dn̄i-
ca.v.poſt penthecoſtē fe-
ria.iiij.fol.clxxxiij. Secū
I.i.t. D.i.d. dū Marcū
ſuis. Amē dico vobis q2
q̄cūq3 dixerit huic monti
tollere ⁊ mittere in mare
et nō heſitauerit in corde
ſuo ſed crediderit: q2 qd-
cunq3 dixerit fiat: fiet ei.
Propterea dico vob: oīa
q̄cūq3 orantes petitis cre
dite q2 accipietis et eueni-
ent vobis. Et cū ſtabitis
ad orādum dimittite ſi
q̄d habetis aduerſus ali
quem: ut et pater veſter q̄
in celis ē dimittat vobis
peccata veſtra Qd ſi vos
non dimiſeritis: nec pa-
ter veſter qui ī celis eſt di-
mittet vobis pctā veſtra
Feria.vi. Scdm Marcū.
I.i.t.D.i.d.ſ. Videte qd
audiatis. In qua mēſu-
ra mēſi fueritis remetief
vobis et adijcief vobis.
Qui em̄ habet dabif illi
Et qui nō habet: etiā qd
habet auferetur ab eo. Et
dicebat. Sic eſt regnum
dei: queadmodū ſi hō ia
ciat ſemen in terrā ⁊ dor-
miat et exurgat nocte ac
die et ſemē germinet ⁊ in-
creſcat dū neſcit ille. Vl-
tro enim terra fructificat
primū herbā: deinde ſpi-
cam: deinde plenū frumē
tum in ſpica. Et cū ex ſe ꝓ
duxerit fruct⁹: ſtatim mit
tit falcē: quoniā adeſt tē-
pus meſſis. Et dicebat.
Cui aſſimilabimus reg-
nū dei. aut cui parabole
ꝯparabim⁹ illud. Sicut
granū ſinapis qd cum ſe
minatum fuerit in terra:
minus eſt oīb⁹ ſeminib⁹
q̄ ſunt in terra Et cū ſemi
natū fuerit aſcendit et fit
maius oībus oleribus ⁊

facit ramos magnos ita
ut poſſint ſub umbra ei⁹
aues celi habitare. Et ta-
libus multis parabolis
loquebatur eis verbū prout
poterāt audire. Sine pa
rabola aūt nō loquebat̄
eis. Seorſum autē diſci-
pulis ſuis diſſerebat oīa

Dñica .xxiij. Seruabit̄
ut s̄ dñica .ij. fol. clxxvij.
notatū ē. Officiū ſequēs
in feriā trāſferendo. In
troitus Si iniquitates ut
ſupra p̄cedenti dñica per
totū: cū Coll. Secreta. et
Compl. Ad Philippen̄.

Fratres Imitatores
mei eſtote ⁊ obſerua-
te eos qui ita ambulāt ſi
cut habetis formā n̄ram
Multi eñ ambulant q̄s
ſepe dicebam uobis: nūc
aūt ⁊ flens dico inimicos
crucis xp̄i quorum finis
interitus: quoꝝ de⁹ uen-
ter eſt: et gloria in ꝯfuſio
ne ipſoꝝ qui terrena ſapi
unt. noſtra autē cōuerſa
tio in celis eſt. Unde etiā
ſaluatorē expectam⁹ do-
minū noſtrū ihm chriſtū
qui reformabit corp⁹ hu
militatis noſtre cōfigu-
ratum corpori claritatis
ſue ſecūdum operationē
q̄ poſſit etiā ſubijcere ſibi
oīa ihs chriſtus dñs n̄r.

In illo Sc̄dm Matheū.
tp̄e. Abeūtes phariſei cō-
ſiliū inierunt ut caperent
ihm in ſermone. Et mit-
tūt ei diſcipulos ſuos cū
herodianis dicētes. Ma
giſter ſcimus quia uerax
es: et uiam dei in ueritate
doces: ⁊ non eſt tibi cura
de aliquo. Non eñ reſpi-
cis p̄ſonā hominū. Dic
ergo nobis quid tibi ui-
detur: Licet cenſum da-
ri ceſari an nō: Cognita
aūt iheſus nequitia eorū
ait. Quid me tēptatis hy
pocrite: Oſtēdite michi
nūmiſma cenſus. At illi
obtulerūt ei denariū. Et
ait illis iheſus Cuius eſt
imago hec ⁊ ſupſcriptio:
Dicunt ei. Ceſaris Tunc
ait illis. Reddite ergo q̄
ſunt ceſaris ceſari: et que

ſunt dei deo. Sine Credo
in feria. Feria.iiij. ad Ti
motheū Epl'a. Chariſſi-
me Noli erubeſcere teſti.
Req. feria.iiij. ante ſeptu-
ageſimā. fol.xxxiiij. Se-
In illo tpe cūdū Math.
Cū veniſſet ihs ⁊ diſcipu
li ei⁹ capharnaū: acceſſe-
rūt qui didrachma acci-
piebāt ad petꝝ: ⁊ dixerūt
ei. Magiſter veſter nō ſol
uit didrachma. Ait Eti
am. Et cū intraſſet in do
mū: ꝑuenit eū ihs dicens
Quid tibi videt̃ ſimon.
Reges terre a qb⁹ accipi-
unt tributū vel cenſū. a fi
lijs ſuis an ab alienis?
Et ille dixit. Ab alienis
Dixit illi ihs Ergo liberi
ſunt filij. Vt aūt nō ſcan
dalizemus eos: vade ad
mare ⁊ mitte hamū: et eū
piſcē q̄ primus aſcēderit
tolle Et apto ore ei⁹: inue
nies ſtaterem. illū ſumēs
da eis ꝑ me ⁊ te Feria.vi.
In.i.t. Cōuene S. Marcū
rūt ad ihm phariſei: et q̄-
dā de ſcribis veniētes ab
hieroſolimis. Et cum vi
diſſent q̄ſdā ex diſcipulis
ei⁹ cōmunib⁹ manib⁹: id
ē nō lotis mādūcare pa-
nes vituperauerunt eos.
Phariſei eni et oēs iudei
niſi crebro lauēt man⁹ nō
mādūcāt: tenētes traditi
ones ſeniorꝝ Et a foro re-
deūtes niſi baptizent nō
comedunt Et alia multa
ſūt q̄ tradita ſūt ill' ſerua
re: baptiſmata calicū ⁊ ur
ceorꝝ ⁊ eramētorꝝ ⁊ lectorꝝ
Et interrogabāt eū ſcribe
et phariſei dicētes. q̄re di-
ſcipuli tui nō ābulāt iux
ta traditionē ſeniorꝝ. ſ; cō
munib⁹ māib⁹ mādūcāt
panē? At ille rūdēs dixit
eis Bn̄ ꝓphetauit eſaias
de vobis hipocritis ſicut
ſcriptū ē Popul⁹ hic labi
is me honorat: cor āt eorꝝ
lōge ē a me Inuanū autē
me colūt docētes doctri-
nas ⁊ p̄cepta hoim. relin
quētes eni mādatū dei: te
netis traditionem hoim
Nota ſi numerus dn̄ica
rū ab octaua pentheroſ

vſqꝫ ad aduētū dn̄i excre
uerit numerum officiorꝝ
Epl'aꝝ ⁊ Euāgeliorū: re-
petēdū eſt officiū Si ini-
quitates ut ſ̄. cum Epl'a
Fratres nō ceſſamus et
Euāgelio Loquēte iħu
ad turbas ⁊c̄ ut infra uſ-
qꝫ ad ultimā dn̄icā ante
aduentum dn̄i excluſiue
Si vero officia eplē ⁊ euā
gelia excreuerint numerꝝ
dn̄icaꝝ predictarum: tūc
officia ⁊ cetera excreſcētia
cū ſuis attinētijs antici-
pabūtur et ſeruāda ſunt
ī penultima ebdomada
ante aduētū dn̄i Dn̄ica
xxiiij. Seruabit ut ſ̄ dn̄i
ca. ij. fol'. clxxvij. notatur
Officiū ſequēs in feriam
trāſferēdo. Introit' Si
iniq̄tates. Req̄. cū toto cā
tu Coll'. Secre. et Cōpl'. ſ̄
fol'. cxij. Ad Coloſſeñ.
FRēs Non ceſſam' p
vobꝪ orātes ⁊ poſtu
lātes: ut ipleamini agni-
tione volūtatis ei' In oī
ſapiētia ⁊ itellectu ſpūali
ut ābuletis digni deo p
oīa placētes In oī opere
bono fructificātes ⁊ creſ-
cētes ī ſciētia dei: in oī vir
tute ꝯfortati ſcd̄m poten
tiā claritatis ei' In oī pa
tiētia et lōganimitate cū
gaudio. Gratias agētes
deo et pr̄i. q̄ dignos nos
fecit ī pte ſortis ſctōꝝ ī lu
mine Qui eripuit nos de
poteſtate tenebraꝝ ⁊ trā-
ſtulit ī regnū filij dilecti-
onis ſue. In q̄ habem' re
demptionē et remiſſionē
pctōꝝ In iheſu xp̄o dn̄o
noſtro Scd̄m Matheū
I. i. tē. Loquēte iheſu ad
turbas: ecce pͥnceps un'
acceſſit et adorauit eū di-
cēs. Dn̄e filia mea modo
defūcta eſt: ſed ueni ipone
manū tuā ſup eā ⁊ uiuet.
Et ſurgēs iħs ſeq̄bat eū
et diſcipuli ei' Et ecce mu
lier q̄ ſāguinis fluxū pa-
tiebat annis duodecim.
acceſſit retro ⁊ tetigit fim
briā veſtimenti eius. Di
cebat enim intra ſe. Si te
tigero tantū veſtimentū
eius ſalua ero At iheſus

ↄuerſus ꝛ vidēs eā dixit.
Cōfide filia: fides tua te
ſaluā fecit Et ſalua facta
eſt mulier ex illa hora Et
cū veniſſet ihs in domū
principis et vidiſſet tybi
cines ꝛ turbā tumultuā-
tē dicebat Recede: nō ē em̄
mortua puella: ſed dor-
mit. Et deridebāt eū. Et
cū eiecta eēt turba: intra-
uit ꝛ tenuit manū eius et
ſurrexit puella Et exijt fa
ma hec in vniuerſā terrā
illā. Sine Credo in feria.

Feria. iiii. Ad Romanos.

Fratres. Nolo vos ig-
norare miſteriū hoc:
ut nō ſitis vobiſipſis ſa-
pientes. qꝛ cecitas ex par-
te cōtigit in iſrael donec
plenitudo gētiū intraret
et ſic oīs iſrael ſalu⁹ fieret
ſicut ſcriptū eſt. Veniet ex
ſyon q̄ eripiat et auertat
impietates ab iacob. Et
hoc illis a me teſtamētū:
cū abſtulero pc̄tā eorum
Scd̄m euāgeliū qdē ini-
mici ꝓpter vos. ſcd̄m elec-
tionē āt chariſſimi ꝓpter
p̄res. Sine penitētia em̄
ſūt dona ꝛ vocatiōes dei
Sicut em̄ aliqñ ꝛ vos nō
credidiſtis deo. nūc āt mi
ſericordiā ↄſecuti eſtis ꝓ
pter incredulitatē illorū
ita ꝛ iſti nūc non credide
rūt ī vrām miſericordiā
vt ꝛ ipi miſericordiā ↄſe-
quāt. Cōcluſit em̄ de⁹ oīa
in icredulitate vt oīm mi
ſereat. O altitudo diuiti
arꝫ ſapiētie et ſciētie dei: q̄
icōprehēſibilia ſunt iudi
cia ei⁹: ꝛ iueſtigabiles vie
ei⁹ Quis em̄ cognouit ſē-
ſū dn̄i aut qs ↄſiliari⁹ ei⁹
fuit aut qs prioꝛ dedit il-
li et retribuet ei. Qm̄ ex
ipſo ꝛ ꝑ ipſū et in ipſo ſūt
omnia: ipſi honor et glo
ria in ſecula ſeculoꝝ amē

In illo Scd̄m Marcum
tp̄e. Interrogauit iheſū
vnus de ſcribis quod eēt
primum omniū manda
tum. Iheſus aūt reſpon
dit ei. Quia p̄mū omniū
mādatū eſt. Audi iſrael
dn̄s deus tuus: de⁹ vnus
eſt. Et diliges dn̄m deū

tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex
tota aīa tua: ⁊ ex tota mē-
te tua: ⁊ ex tota ꝟtute tua
Hoc eſt primū mandatū
Secūdum aūt ſile eſt illi
Diliges proximū tuū ſi-
cut teipſū. Maius horū
aliud mādatū nō eſt. Et
ait illi ſcriba. Bene ma-
giſter in veritate dixiſti:
qꝛ vnus eſt deus: ⁊ nō eſt
alius p̄ter eum Et vt dili
gat ex toto corde: ⁊ ex to-
to intellectu: ⁊ ex tota aīa
et ex tota fortitudine. et
diligere p̄ximū tanq̄ ſe-
ipſū: maius eſt oībus ho
locauſtomatibus ⁊ ſacri
ficijs. Jheſus aūt vidēs
q̄ ſapienter reſpōdiſſꝫ: di
xit illi. Nō es longe a reg
no dei. Feria. vi. Euan-
gelium. Dixit iheſus tur
bis iudeorū ⁊ principibꝰ
ſacer. Requre. vi. feria ante
ſeptuageſimā. fol. xxxv.
Dñica xxv. Seruabitur
ſcdm eccliam Coloñ. de
ſctā trinitate aut de ſctō
ſpū. vt ſup̄ dñica. ij. folio
clxxviij. notaē. Officiū ſe-
quēs. ſcꝫ Dicit dñs ⁊c. trāſ
ferēdo in feria aptiori vl
time ebdomade āte aduē
tū domini ſeruādū
Dicit dñs ego cogito co-
gitatiōes pacis et nō afflictio
nis inuocabitis me et ego exau
diā vos et reducā captiuitatē
veſtrā de cūctis locis. ps. Be
nedixiſti dñe terrā tuā auerti-
ſti captiuitatē iacob. Glīa pa
tri ⁊c. or. Sine Glīa in excel.
in feria Collecta.
Excita dñe q̄s tuoꝝ fi-
deliū voluntates: vt diui
ni opis fructū ꝓpēſius ex
equentes: pietatis tue re-
media maiora p̄cipiant
P d̄. Lcō Hieremie p̄phe.
Ecce dies veniūt di-
cit dñs: et ſuſcitabō
dauid germē iuſtū ⁊ reg-
nabit rex et ſapiēs erit: et
faciet iudiciū ⁊ iuſticiā in
terra In diebꝰ illis ſalua
bit iuda: ⁊ iſrael habita-
bit ꝯfidēter. Et hoc ē no-
men qđ vocabūt eū: dñs
iuſtꝰ nr̄. Propter hoc ecce
dies veniunt dicit dñs: et
nō dicēt vltra viuit dñs

q̄ eduxit filios iſrael de
terra egypti: ſꝫ viuit dn̄s
qui eduxit et adduxit ſe-
men dom⁹ iſrael de terra
aquilonis: ⁊ de cūctis ter
ris ad ꝗs eiecerā eos il-
luc. Et habitabunt in ter
ra ſua Dicit domin⁹ oīp̄s
Liberaſti nos dn̄e Grad.
de affligentibus nos et eos q̄
nos oderūt confudiſti. ℣ In
deo laudabitur tota die ⁊ noīe
tuo cōfitebimur in ſecula Al
leluia. ℣ In exitu iſrl̄ de egyp
to domus iacob de pplo bar-
baro. ℣ Facta eſt iudea ſanc-
tificatio eius iſrl̄ poteſtas ei⁹
All'a repetit. Sine ſeqn̄.
Euāgeliū Cū ſubleuaſ-
ſet oculos ih̄s. Req. q̄rta
dn̄ica in .xl. folio .lxxiiij.
Sine Credo i feria Off.
De profundis clamaui ad te
dn̄e dn̄e exaudi orationē meā
Propici⁹ eſto Secreta.
dn̄e ſupplicatiōib⁹ nr̄is ⁊
ppl'i tui oblatiōibus p̄ci-
b⁹ qꝫ ſuſceptis omniū no
ſtrum ad te corda ꝯuerte
vt a terrenis cupiditati-
bus liberati ad deſideria
celeſtia trāſeam⁹ P dn̄m
Prefa. cotidiana Com.
Amē dico vobis quicq̄d orā
tes petitis credite quia accipi
etis et fiet vobis Cōplēda.
Concede nob̄ dn̄e q̄s vt
p hec ſacramēta q̄ ſump-
ſim⁹ q̄cq̄d i nr̄a mēte vici
oſum ē: ipſius medicatio
nis dono curet. P d. Bn̄-
dica⁹ dn̄o. Feria. iiij. Ad
Theſſalonicenſes.
Fr̄es. Grās agere de
bem⁹ deo ſemp ꝓ vobis
ita vt dignū eſt: q̄m ſup-
creſcit fides vr̄a ⁊ habun
dat charitas vniuſcuiuſ
qꝫ omniū veſtrū i inuicē
et in oēs: ita vt et noſipſi
gloriemur i eccleſijs dei
pro patiētia vr̄a ⁊ fide in
oībus pſecutionibus ve
ſtris ⁊ tribulationib⁹ q̄s
ſuſtinetis in exēplū iuſti
iudicij dei: vt digni ha-
beamini in regno dei ꝓ
quo et patimini. Si ta-
mē iuſtū ē apud deū retri
buere retributionem his
q̄ vos tribulant. ⁊ vob̄ q̄
tribulabimini requiē no

biſcū in reuelatione dn̄i
noſtri iheſu xp̄i de celo cū
angelis virtutis eiꝰ. Jn
flāma ignis dātis vindi
ctā his q̄ nō nouerūt deū
et q̄ nō obediūt euāgelio
dn̄i nr̄i iheſu xp̄i. Qui pe
nas dabūt ī interitu eter
nas a facie dn̄i: et a gl'ia
virtutis eiꝰ cū venerit glo
rificari in ſctis ſuis ⁊ ad-
mirabilis fieri in oībꝰ q̄
crediderūt Jheſum xp̄m
dn̄m noſtꝝ. Scd̄m Lucā
N.i.t.D.i.d.ſu. Ecce ego
mitto vos ſicut agnos ī-
ter lupos. Nolite ḡ por-
tare ſacculū neqꝫ perā ne
qꝫ calciamēta. et neminē
ꝑ viā ſalutaueritis. Jn
quācūqꝫ domū ītraueri-
tis: ꝑmū dicite. Pax huic
domui. Et ſi ibi fuerit fi-
liꝰ pacis: requieſcet ſup illā
pax vr̄a. Sinaūt ad vos
reuertet̄. Jn eadē aūt do-
mo manete: edētes ⁊ bibē
tes q̄ apud illos ſūt Dig
nus eſt enī operariꝰ mer-
cede ſua Nolite trāſire de
domo in domū. et ī quā-
cūqꝫ ciuitatē ītraueritis
et ſuſceperint vos: mādu
cate q̄ apponūtur vobis.
Et curate īfirmos qui in
illa ſūt: ⁊ dicite illis. Ap-
propinq̄bit ī vos regnū
dei. Jn quācūqꝫ ciuitatē
intraueritis ⁊ non recepe
rint vos: exeūtes in plate
is eiꝰ dicite etiā puluerē q̄
adheſit nobis de ciuitate
vr̄a extergimꝰ in vos Ta
men hoc ſcitote: qꝛ appro
pinquabit regnum dei.
Feria. vi. Scd̄m Marcū.
N.i.t.D.i.d.ſ. Vigilate ⁊
orate: neſcitis enī qn̄ tēpꝰ
ſit. Sicut hō qui peregre
ꝓfectus reliq̄t domū ſuā
et dedit ſeruis ſuis pote-
ſtatē cuiuſqꝫ operis ⁊ ia-
nitori precepit ut vigilet
Vigilate ḡ: neſcitis enim
qn̄ dn̄s domꝰ veniat: ſe-
ro an media nocte an gal
licātu. an mane. ne cū ve-
nerit repēte inueniat vos
dormiētes. Q̄d aūt vob
dico oībus dico vigilate

Explicīūt officia de tp̄e.

Incipit Cõmune ſancto
rū. In vigilia vniꝰ apl̄i
Introitus
Ego autē ſicut
oliua fructifi-
caui in domo
dn̄i ſperaui in
miſericordia dei mei: et expec
tabo nomen tuū quoniam bo
nū eſt ante conſpectū ſanctorū
tuorū. ps̄ Quid gloriaris in
malicia qui potens es iniqui-
tate. Gl̄a pri. Ego autē. Si
fuerit dn̄ica dr̄ Gl̄a i excel.
Concede nob̄ Coll̄.
q̄s oĩpotēs deus ven
turā beati apl̄i tui. A. ſo-
lēnitatē cõgruo ꝑuenire
honore: ⁊ venientē digna
celebrare deuotiōe. P d̄.
Hic pn̄t dici plures coll̄.
ſcd̄m placitū vel exigētiā
Lcõ libri Sapie
Beatꝰ homo qui
inuenit ſapiētiā
et qui affluit prudentia.
Melior ē acquiſitio eius
negotiatione argēti ⁊ au
ri primi ⁊ puriſſimi. Fru
ctus eius p̄cioſior eſt cūc-
tis opibus. et oĩa que de-
ſiderant̄ huic nõ valēt cõ
parari. Longitudo dierꝝ
in dextera eius: et in ſini-
ſtra illiꝰ diuitie ⁊ gloria.
Vie eius vie pulcre: ⁊ om
nes ſemite illius pacifice
Lignū vite ē his qui ap-
prehēderint eā: ⁊ qui tenu
erit eam beatus. Dn̄s ſa-
pientia fundauit terram
et ſtabiliuit celos prudē-
tia. Sapiētia illiꝰ erupe-
rūt abyſſi: et nubes rore
ꝯcreſcūt. Lcõ libri Sapie
Benedictio dn̄i ſuper
caput iuſti. Ideo de
dit illi hereditatē: et diui
ſit ei partē i tribubꝰ duo-
decim. et inuenit gratiā
in ꝯſpectu oĩs carnis. Et
magnificauit eū i timore
inimicorꝝ: et in verbis ſu
is mõſtra placauit. Glo-
rificauit illū i cõſpectu re-
gum: et oſtendit illi glo-
riam ſuā. In fide ⁊ leni-
tate ipſius ſanctū fecit il-
lum: et elegit eū ex oĩ car
ne. Dedit illi cor ad p̄cep
ta ⁊ legē vite et diſcipline
⁊ excelſum fecit illū. Sta-